

materia potabilis, seu quantitas aquæ; *tunc non frangit ieiunium; quamvis sumatur in magna quantitate, & quoties liberetur: quia ex se est potus, cum remaneat in esse tali.* Hactenus Leander, qui adhaeret Geribaldus *tract. viii. cap. 111. dub. 5.*

VII. Leandri sententia evidenter falsa est, & iuxta ipsum Leandrum, & iuxta rationem. Primum Leander absolute concedit, rum loco laudato, tum §. 1. eiusdem questionis, potionem chocolaticam ieiunium frangere. Deinde subdit, ieiunium non frangere, si chocolates superetur ab aqua, cum miscetur. At communiter in potione chocolatis aqua excedit chocolatem sine ulla medicatione. Delicati liquident potiores, qui potionem hanc consuevit peroptimam; duas uncias chocolatis immiscet sex uncias aquæ: ex qua mixtione impletur unum cyathus, seu unum vasculum, quod forberi solet. Istius rei periculum ipse feci: aquam scilicet ponderavi, & chocolatem, que misceri solent ab istius rei peritis in coctione chocolatis. Ergo vel Leander admittere debet id quod negat, nempe chocolatis potionem communiter sumptam non violare ieiunium; vel, si admittit violare ieiunium, revocare debet suam mediam sententiam, cum ipsa nihil distet ab altera quam improbat. Ratio porro quam ipse promittit, est contra sensum communem, & manifestam experientiam. Inquit enim ille, quod, quando in mixto aqua excedit materiam comestibilem, mixtum est, & denominatur aqua. Hac ratione potenta, cibis rusticis familiaris, debet referri iuxta Leandrum esse, & denominari aqua: quoniam in hoc mixto culibet farine libra respondent circiter tres librae aquæ. Pulmentum est oryza, adeo commune omnibus mensis, aqua per Leandrum non parari deberet: quia culibet uncia oryzae pliquam sex uncias aquæ respondent. Alia mixta recentere omitto, ne in re apertissima tempus prodigam. Sententia ergo Leandri, absolute accepta, falsa est, & falsissimo innititur principio. Insuper laxissima est, eo quod asserat, ex illo mixto in quo aqua excedit, posse sumi & in magna quantitate, & quoties liberetur. Hinc enim sequitur quælibet posse sumere die ieiunii mediam, quam integram, libram chocolatis; dummodo tribus vel quatuor libris aquæ commisceatur. Exemplum quod adducit de aqua rosacea, permixta aquæ naturali, ineptum omnino est quod ad rem qua de agimus. An postea unica uncia chocolatis, insula magno aquæ vasi, ieiunium violet, infra ubi de parvitate materie sermo erit, dicam.

VIII. Hanc nostram sententiam defendunt præter supra laudatos plures alii, quos silentio prætereo. Unum, vel alterum tantum recentio. Patres Salmanticenses *tract. xxiii. cap. 11. punct. 3. num. 60.* Quid præterea Pater Tamburinus *Lib. IV. in Decal. cap. v. §. 2. num. 9.* & *tract. ubi inter Allocations* quas promittit, ait: „Chocolata fini „Ecclesie ieiunium præcipit omnino addi „verlat: quia finis Ecclesie est prohibere „extra unicam refectionem cibos ex se nu- „tritivos, solumque concedere veram potio- „nem distributioni alimentorum fervientem; „at chocolata componitur ex cibus multum „substantiabus, & nutritivis, nec per se „ordinatis ad vehendum, distibuedumque „per venas alimentum: nam propterea mane, „& sero, ieiuno ventriculo, sumi con- „dignus. Libuit referre ipsius Tamburini verba, que magna auctoritate esse debent: quoniam Auctoris sunt in summam benignitatem propensi. La-Croix *Lib. III. part. 11. cap. 111. num. 1291.* proponit questionem hanc, & utriusque partis recentet Auctores; ac de more nihil de suo addens, lectori electionem relinquit. Sic tamen utramque partem proponit, ut opinionem faventem potioni, alteri prætere videatur. Quantum utilitatis hocce scribendi genus asserat, aliorum estio iudicium.

X. Pater sunt Auctores qui contrariam opinionem absolute, & nulla limitatione adiecit, defendunt. Nam plures ad materiam parvitate confugiunt. Aliqui tamen absolute docent, chocolatem nullo modo sumentes integritati adversari; et cumque fuerint toties, & quoties sibi liberit, ieiunium minime frangere. Ut ingenue fatear; quamquam in morum controversiis difficilis sim in ferendis iudiciis; attamen temperare mihi haud possum quin hanc opinionem, tamquam omnino falsam, & scandali plenam, rejiciam; quoniam tum extrinsecus Theologorum auctoritate, tum intrinsecus ratione destituta est. Et ut ab auctoritate aucupemur, nullus Auctor vere gravis pro ea asserit. Nullum certe mihi legere licuit. In medium producent Thomam Huradum, qui *Part. II. tract. x.* & in appendice ad illum *num. 69.* refert quosdam Patres Soc. Iesu Universitatis Salmanticensis pro opinione defendente potionem chocolatis: quos tamen Auctores nihil scriptis hac de re consignasse perhibetur. Duo tandem Cardinales, nempe Brancatius, qui unam dissertationem contexit de potu chocolatis, & Cozza, defendunt potionem cho-

chocolatis (varis tamen limitationibus adiecit) non violare ieiunium. Primus in *laud. differt. de potu chocol.* Secundus in *Tom. de ieiunio part. 111. art. 1. dub. 9. num. 109.* ubi omnes rationes Brancatii, & aliorum, & quas ipse excogitavit potuit, promittit in medium. Omnes ego sincere mihi obiciam, eaque resolvam, ut heinc evidenter colligat lector, quam verum sit id quod scribit Lezana Auctor, ut ex pluribus eius operibus colligitur, sane pius & doctus, & in Patrum lectione veritatus. Hic autem *Tom. de consil. consil. xviii. num. 88.* ait: Sententia, que affirmat potionem illam ex Indis Hispanicam adveclam, vulgo chocolatem, non frangere ieiunium (intellige, quando in aliquo qualiter notabili quantitate sumitur) non videtur mihi probabilis, sed potius falsa. Quod quidem, falsa pace meorum Hispanicorum quos valde venero, dictum sit.

CAPUT X.

Contrarie sententia momenta omnia in examen adducuntur, & penitus confutantur: ac vera sententia evidenter constituitur.

I. **B**revi calamo vere, communisque sententia rationes expolui, ut fulsus con- futare possem paradoxa, & sophismata, que contra eandem opponi ab adversariis solent. Cum adversa opinio falsa sit, & communi sensui repugnans, ut sub aliquo probabilitate velamine appareat, multo eget pigmentis, sive sine malis, acque, ut se tueatur, cavillandi arte, & dicitur, quidem utari necesse est. Quare, si prolixior fuero quam res suapte natura expolcat, non mihi video vertatur, sed adversariis, qui causam facilem, peripicquam nimium impeditam, & implexam effecerit. Antequam vero argumentis Cardinalis Cozza, & Thomæ Huradi profero, non abs re censui excubire opinionem, quam ex laudato Brancatio docet *P. Viva quest. vi. art. 1. num. 8.* his verbis: „Verum, præcisa auctoritate extrinseca, ar- „dedit mihi opinio Eminentissimi Brancatii „cum Eicob, quod scilicet, si ea utamur eo „modo quo in Mexico est potus usualis (ita „videlicet ut septem, vel octo uncias aquæ „addatur una uncia chocolata, & media „sachari) ieiunium non frangat; secus „vero, si magna quantitas chocolata in- „termiscatur aquæ ita ut indicat ratio „nem pulmenti, ut diximus de sorberia. „Ratio non est, quia uncia est materia „parva: nam sic non potes illam pluries „Conc. Theol. Tom. V.

„sumere sine mortali, nec semel sine veniali; sed quia in tanta quantitate est „potus usualis apud alias nationes, & sic „ubilibet tamquam potus usualis sumi „potest.

„Neque dicas primo, quod, quamvis „talis potus sit usualis apud Indos, non est „apud nostrates usualis. Nam, si alibi est „potus usualis, iam natura sua habet sumi „ad vehiculum cibi, & ad sedandum sitim. „Quod autem natura sua est tale, ubilibet „est tale. Et hac de causa apud nostrates „cervisia non frangit ieiunium, quamvis „non fit hic usualis.

„Neque dicas secundo, quod vere nu- „triat: nam idem dici posset de vino, & „cervisia; que tamen ieiunium non fran- „gunt.

II. Expediens visum fuit propriis Aucto- ris verbis illius sententiam transcribere. Quod in eadem primam omnium admirandum occurrit, est, ipsam Theologiam suam, pro tyrionibus Europæ edicam, ad Mexicanorum mores, tamquam ad regulam potus sumendi in Christianorum ieiuniis, revocare. Chocolates ergo potus usualis est apud Mexicanos. Ergo etiam apud Christianos. Cur? Quia id quod alicubi est potus usualis, iam natura sua evadit talis. Pape! Si alicubi sumeretur lac, aut iusculum quod potus usualis; iam illud natura sua fieret talis apud omnes Christianos? Sed cur chocolates Mexicanis est potus usualis? Quia componitur ex septem vel octo uncias aquæ, & uncia chocolatis cum dimidia sachari. Chocolatem igitur hoc modo mixtum sumere potest Christianus die ieiunii quoties sibi placet? Quoniam cum idea illam sumere potest, quod uncia cum dimidia sit parva materia; sed quia in tanta quantitate est potus usualis apud Mexicanos. Quapropter iuxta hanc doctrinam *P. Viva* poterit Christianus die ieiunii extra prandium sumere decem, vel quindecim, vel viginti uncias chocolatis; dummodo quæque uncia cum dimidia, septem, aut octo aquæ uncias immisceatur. Alterum, quod mirari subit in hac scribendi ratione, est, *P. Viva* cum aliis recentioribus in id maxime incumbere, ut casus resoluti practicos, & prætentibus circumstantiis accommodatos. Porro in hac questione nec verbum facit de chocolata Italico, Hispanico &c. Ait solum, chocolatem, more Mexicanorum mixtum, posse sumi pluries in diem tempore ieiunii. Quid, si mixtus esset more Europæorum? Silentio hoc præterit. Ceterum discrimen inter chocolatem Mexi-

canum & Italicum non aliud est, nisi quod in illo antica chocolatis cum dimidia sacchari, miscetur septem, vel octo uncias aquæ; in isto vero, seu Italico, & Europeo, una uncia chocolatis cum dimidia sacchari miscetur quatuor, seu quinque circiter uncias aquæ. Querendum nunc est, num varietas duarum unciarum aquæ efficiere possit, quod chocolates evadat nec ne potus utilis, aut potus principaliter nutriens. Sed de hoc pluraquam satis. Ex solutione liquidem obiectionum clarius apparebit falsitas recentis opinionis, coloribus Mexicanis delibata. Addit tamen P. Viva, non esse laxandas hisce opinionibus habenas, præsertim a timoratis, qui Christum Dominum imitari, illicque non abdomini, inservire satagunt. Hic etiam querendum esset, utrum inter timoratos, qui Christum imitari, illicque, non abdomini inservire debent, recentideli sint omnes Christiani. Interim hæc opinio, quam P. Viva pia intentione reputavit probabilem, mihi non modo falsa est, sed scandalosa plena, ut iam dixi supra: quia toties quoties liberetur, potum chocolatis concedit. Contendunt aliqui P. Viva in sua Trutina, hanc opinionem temperasse: sed Trutina edita est an. 1708. Curius vero Theologicus an. 1721. Ultimis autem standum est. Talis vero, quam descripsi, mihi videtur opinio P. Viva. Quid hic mali est?

III. Obicit ergo r. Eminentissimus Cozza. Potus chocolatis non habet ex natura sua rationem cibi; sed naturam veri potus. At in omnium sententia potus non adverterat integritati jejunii, nisi sit extractus ex materia in diebus eularibus prohibita, ut sunt viscera ex carne, & similia. Ergo. Maiorem, inquit Cozza, probat Brancatus ex pluribus Auctoribus, qui in Indiarum partibus commemorati sunt, quique testantur, potum communem Indorum esse chocolatem. Adducit inter alios Ioannem a Costa, hæc verba profertem Lib. III. de proc. Ind. salut. cap. XXII. *Robustam, & salubrem, & assuescatis non vincendum esse sicam (sic enim iam dudum voco istam vulgarem Indorum potionem, sive maico, sive cacao, sive quoribus alio genere constat) nullo modo nigare possunt quicquamque istam experti sunt.* Atqui sicra, subdit Cozza, non est ex natura sua cibus; sed est merè potus aptus ad inebriandum. Quoniam Scriptura eodem modo de vino ac de sicra loquitur Deuter. XXIX. *Panem non comedistis, vinum, & sicram non bibistis:* & Lib. Iud. cap. XIII.

Carve ergo ne bibas vinum, ac sicram. Alios Auctores refert pariter testantes, Indorum potum esse chocolatem.

IV. Utraque syllogismi propositiones constat esse manifeste falsas. Maiorem quidem, quæ naturam veri potus habere aasserit chocolatem, ex dictis falsam esse patet. Nam verus potus inter prandendum, & ad sitim restinguendam, vel cibum digerendum communitè adhibetur. Chocolates est mixtum quoddam, ex aqua, & substantia comestibilii compositum, quod non eo, quo potus, nempe ad alterationem cibi, ad distributionem linguinis, ad extinctionem sitis spectat; sed ad vires instaurandas, famamque repellendam. Ceterum, ut magis magisque pateat præfate propositionis falsitas, illicque transferenda sunt quæ, tanquam penes omnes certissima, non disputationis limine loco laudato num. 107. præmittit ipsemet Eminentissimus Cozza. *Ad exactam, inquit, huius rei discussionem scribenda sunt certa ab incertis, ut clarius procedatur. Et primo in hoc concordant omnes, quod chocolates in se, & ex natura sua habet rationem cibi: nam componitur ex materia comestibili; componitur enim ex cacao, cinnamomo, saccharo, & zingibula, quæ omnia in se habent rationem cibi nutritivi.* Chocolates ergo est mixtum, concretum ex rebus comestibilibus, etque suapte natura cibus substantialis, ac nutritius: & hoc iuxta omnes. Tota ergo difficultas in minori, seu secunda propositione, vertitur. *Potus, inquit præfatus Auctor, in omnium sententia non adverterat integritati jejunii, nisi sit extractus ex materia in diebus eularibus prohibita, ut viscera ex carne, & similia.* Hæc propositio in omnium sententia est, debetque esse falsa. Nonne in jeuniis pluribus in regionibus? Licetis ergo erit potus lascivus, quoniam materia prohibita non est? Ova quoque trita, & aqua diluta forberi poterunt? Quid plura? Non pauci in Quadragesima privilegium habent comedendi carnes, hæc aqua ratione quod pisces nocui tunc illorum stomacho. Isti iuxta laudatum Auctorem ad jejunium tenentur. Poterunt ergo isti potare iusculum ex carnibus; quod non fit ex materia illis prohibita extractum. At, ut præfatus falsitatem propositionis manifestem, exprimat iusculum ex materia in ipso quadragesimali itaque omnibus concedida. Communiatur itaque acipenseris, vulgo *siorione*, tructæ, alique optimi pisces, saccharo, aliique aromatibus commisceatur, & aqua liquata ad ignem iuxta regulas artis coquinariæ, quemadmodum chocolates, cale-

fiant. Hoc iusculum optimum sane erit, non minoris forte pretii ac saporis quam chocolates. Quid ais? Est ne Theologus qui audeat aliter, posse Christianos jeunantes potare præfatum iusculum; seu, quod idem recipia est, in ventrem ingerere, quoties per diem liberet, præfatos pisces, sive in propria natura comestos. sive aqua liquatos? Quem, quæso, non paderet id admirare? Sunt itaque ambe propositiones præfati syllogismi evidèntissime falsæ. Patet autem veritas sophisma expolitior. Potus, ex rebus comestibilibus substantialibus & nutritivibus, atque ex aqua, vel alio liquore concretus, jejunii tempora extra refectionem prohibitus est, & jejunium frangit. Potus vero simplex, non immixtus rebus comestibilibus, cuiusmodi est vinum, aqua, cervisia, quæ repta ad extinguendam sitim, ad cibi alterationem, & alimentum, sanguinique per venas distributionem adhibetur, die jejunii ad temperantia regulas hec est. Quod postea subditur, Ioannem a Costa vocare chocolatem *sicram*; & *sicram* iuxta sacram Scripturam esse potum, non fecundum vinum, adeo lapidum, & felsivum est, in sola admiratione præteriri debeat. An Indorum potus sit chocolates, ut in Europa componitur, penes laudatos Auctores fides esto. Nemo sane in Europa, coram latem qui summo mane chocolatem dulciter foribatur, ad sitim extinguendam, vel alios naturalis potus fines assequendus illum adhibet. Quid, si Indi in ulum habeant potandi iusculum ex carnibus? Id eo ne Christianis potus ille liceret jejuniorum tempore? Quid ergo ineptius quam Christianorum jeunia exigere ad Indorum dubias consuetudines, quæ, sive veræ, sive falsæ sint, nihil ad rem quæ de agnibus, pertinent? Forsitan Indi quicquam pulveris aquæ aspergunt, ut eam palato lapidum efficiant, ab eademque crudiatem amoveant; quemadmodum sunt apud nos aquæ plures artificiales, quæ revera rationem potus habent, & ad extinguendam sitim adhibentur, v. g. potiones citreæ, & potiones ex succo mali medicæ, vulgo *limonæ*. Nunc autem sermo est de chocolate spisso, crassoque, qui in Europa torbetur, non ad sitim extinguendam, sed valde mane ad ventriculum, & vacuum stomachum odorandum.

V. Obicit 2. Cervisia ex hordeo, vel frumento, & vinum ex uvis, quæ comestibilia sunt, exprimuntur, ac virtutem nutritivam habent, & tamen potus vini, ac cervisæ extra refectionem sumptus jejunium non fran-

git. Ergo idem de chocolate dicendum. Responsum. Etiam hæc obiectio purum est putumque sophisma. Enim vero, si quis ex hordeo, vel frumento comminuto, & trito, & ex aqua simul mixtis, pulvem vel rarius etiam mixtum, sicuti est papparium, componeret, quemadmodum componitur potio chocolatica, postea ne aliquis tempore jejunii illam pulvem, sive papparium sumere? Aliud ergo est, ex re comestibilibus liquorem potabilem exprimere; & aliud longe diversum, eam comestibilem cum liquore potabili miscere, & mixtum conficere. Potio chocolatica est mixtum quoddam, ex re comestibili substantiali, & nutritive iuxta oppositorem, omnemque adversarios, & ex aqua concretum, quemadmodum mixtum est pals, seu papparium, quæ procul dudum jejunium frangunt. Cervisia autem, & vinum liquores sunt simplices, rebus comestibilibus minime immixti, licet ex rebus comestibilibus expressi: atque suapte natura adhibentur ad sitim extinguendam, & alimentum, sanguinique per venas distribuendum. Idcirco illi, simileque liquores vel potus rationem habent in communi omnium extinctionem. Ut paritas apta esset, deberet unum ipsa cum cortice, vel ipsam triticum concuti, & aliis aromatibus, & aquæ immisceri, & per calefactionem, ac concoctionem ita alterari, ut spissa aliqua forbitiuncula consurgeret, quæ sicut chocolates, interruptis moribus forberetur. Sed tunc ista, quemadmodum chocolates, jejunium frangerent. Quamvis autem vinum, & cervisia, quin & aqua, aliquo modo nutriant; quia tamen a natura instituta sunt per ad sitim extinguendam, cibamque digerendum; idcirco jejunium non frangunt. Quod si, non ad præfatos effectus, sed in fraudem jejunii, ad famem sollicit abigendam inventantur; iuxta omnes esset peccatum intemperantiae: & iuxta seræ omnes antiquos, tum Patres, tum Theologos, violaretur jejunium. Chocolates vero, licet poterat, non ideo adhibetur, ut veri, & simplicis potus effectus habeantur; sed sicuti lepiss distum est, ut famem pellatur, & ab incommoda, molestiaque quam jejunium affert, corpus liberetur.

VI. Obicit 3. Quando aqua excedit quantitatem substantiæ comestibilis, tunc mixtum ex aqua, & substantia comestibili rationem potus habet; sicut e contrario, quando materia comestibilis, liquoris, cui infunditur, quantitatem superat, mixtum quod componitur, non potus, sed cibus

nuncupatur. Resp. Iam inter disputandum paradoxon illud penitus profligatum fuit, pluribusque exemplis illius falsitas comprobata. In maiorem tamen veritatis confirmationem regulam certissimam assigno discernendi quodnam mixtum, licet potabile, ieiunium solvat ecclesiasticum. Quando substantia rei comestibilis, in sua specie seu natura comestiva, est tantæ quantitatis, quæ satis sit ad violandum ieiunium, ea etiam aqua à ieiunante potanda immixta, illud frangit. Contra vero, si res comestibilis foret quantitatis adeo modicæ, ut, licet in sua natura manducaretur, non frangeret ieiunium, ea neque aqua permixta illud infringit. Hoc mihi evidens, & manifestum est: nec percipio quomodo quisquam ratione præditus præfatam regulam negare audeat. Solum addo, res comestibilis aquæ iniectas aptiores evadere tum ad nutritionem, tum ad famis expulsiorem. Quod si de quaque substantia comestibili veram est, ut supra ex Layman animadverti, potiori sane iure hoc de chocolata affirmare valeamus. Nam, si unusquam chocolatis in sua specie comederet, alter vero eandem chocolatis unciam, quatuor uncias aquæ commixtam, revolveret, agitareque, & per coctionem optime ad aristregulas compositam potaret: hic dubio procul maius quam primus stomacho suo præfidium afferret, vacuum ventriculum magis impleret, & palato ac faucibus melius conluleret. Ex quo consequitur, quod, licet materia comestibilis, in se spectata, sit quantitatis insufficientis ad ieiunii violationem, mixtura tamen ex ea, & aqua potest esse sufficiens ad eundem ieiunii transgressionem. Itaque, si chocolates absolute comelut ieiunio, ut fatentur omnes, adversariat, gravius ieiunium violabit, si aqua dilutus poterit.

VII. Obiectis 4. Romani Pontificis declarantur, potum chocolatis ieiunium non frangere. Hoc integro capite evincere conatur Thomas Hurtado in suo *de potione chocolatica tractu*, x. cap. 111. Parcat benignus lector, si paululum prolixior quam par sit, fuerim, ut cavillos, & impolularaque, quibus obduci veritas ab adversariis perentur, penitus convellam. Scito igitur, præfatam Thomam Hurtadam duos integros tractatus elucubrasse, ut suavem chocolatis potum diebus ieiunii licitum propugnaret. Auctor est non indoctus, pluraque laude digna edidit; sed plura quoque laxitatis plena evulgavit; ut data opportunitate fiet palam. Et, ne extra limites excurram disputationis, aliqua indicabo,

quæ nostram spectant questionem. Igitur laudato capite, ut viam pareret ad suam firmandam assertionem, proponit argumentum ab auctoritate lumorum Pontificum petitum. Antequam vero illud promat, hoc statuit principium, quod, inquit, *valeat, si non ut testamentum, saltem ut codicillum*. Ne arguatur estatum? Sed aperiamus hoc, *sive codicillum, sive testamentum*. "Quantum, do (inquit) fideles maxime inclinatur ad operandum quod videtur esse contra aliquam legem positivam humanam, a qua inclinatione difficile advertuntur: Doctoribus, præcipue Theologis, qui forum conscientiarum respiciunt, incumbit illa declarare, eiusque obligationem aperire, quantum fieri potest, in conscientia favorem, & quietem, ut sic peccata mortalia evitentur. Etenim, ut aliqua lex humana non observetur, lat est ratio probabilis. ET NON SOLUM PROBABILIS, SED QUOD PROBABILIS APPREHENSIVUM DATUR A VIRIS DOCTIS, & TIMORATIS. Sic defendunt Theologi, & Iurisperiti, dum agunt de obligatione legum ecclesiasticarum, & de causis hanc obligationem excofantibus. Quare *CONCORDIA* est, rationes adducere auctoritate Doctorum nitentes, quæ cuius certitate probabilis appareant, ad ostendendum, potestatem de chocolata ieiunium non frangere.

VIII. Hæc pramittere volui, ut quo spectet similitum Auctorum intentio, clarius percipias. Audisti, non solum veram probabilitatem, sed apparentiam ipsam probabilitatem eximere a legis obligatione? Ut autem laxitatis horrorem melius deprehendas, advertas velim, fermonem esse de legibus ecclesiasticis, quæ determinant, definiunt, & explicantur obligationem genericam legis naturalis, & divinæ; ut est hæc, quam explicamus, de ieiunio. Plurima alia ridicularia, laxa, & falsa esse, que in his duobus tractatibus congruit, esse possem; quæ tamen, evitatis gratia prætereo.

IX. Inaque ut apparetur probabilem suam constituit opinionem, conatur asserere auctoritatem fumorum Pontificum, nempe, de S. Pii V. Gregorii XIII. Pauli V. & Gregorii XV. Probat vero, S. Pium V. declarasse chocolatem ieiunium non frangere, sequenti documento, quod refert *loc. cit. cap. xv.* P. Raphael de Luxan, Provincialis provincie S. Vincentii Ordinis Predicatorum, sub iuramento addo, testatur, P. F. Hieronymum a S. Vincen-

tius

tius eisdem provincie Provinciale, virum re-
ligiosum &c. singularis virtutis, sibi dixisse
hunc casum se, dum esset Romæ tem-
pore Pii V. motum manserulo, suam San-
ctitatem bonæ memorie Pium V. consi-
luisse, ipsi plunquam informando de ingredi-
entibus hanc potionem, habuisse responsum:
Potus non frangit ieiunium. "Adducit
ibidem alios Auctores Hispanos, qui testan-
tur, Gregorium XIII. Paulum V. & Gre-
gorium XV. ipsum declarasse, chocolatem
ieiunium non frangere.

X. Resp. Hæc omnia pura putaque sunt
commenta, & fabellæ aniles. Hoc autem
evincit omnibus illis rationibus quibus evinci-
tur falsitas alicuius facti, quod nunquam fuit:
cuius propterea reperiri non potest telus, qui
illud aperte negat. Et, ut alius Princi-
pales, I. Pontificis summi, nec alius Prin-
cipis, vel Legislator in colloquiis privatis lo-
quitur univertales Ecclesie interpretatur. II.
Etiam si in privatis colloquiis propriam dice-
rent sententiam; nequaquam hæc, tamquam
authentica interpretatio, adduci in forum
potest; ut docent Covarruvias in *IV. Decret.*
par. 11. cap. vii. §. 3. num. 7. Casus de locis
theolog. Lib. VI. cap. viii. Suarez Lib. IV. de
legibus cap. xiv. num. vi. Sanchez *Lib. II.*
de matrim. disp. xiv. num. 4. & communi-
ter alii. III. Responso ipsa, quæ data a
Pontifice asseritur, sui ipsius falsitatem pro-
dit. *Potus non frangit ieiunium*, dixit S.
Pius V. Hæc propositio, si casuale liquidum
potum comprehendat, laxa, & falsa est: nam
potus lactis, iulculi & similitum, ieiunia
frangit, nemine repugnante. Quid, si Frater
ille Hieronymus Pontifici repræsentasset, in
præfata provincia chocolatem esse potum
univalem, qui in prædio, & in cena, &
extra consuetum adhibetur? Optime respon-
disset Pontifex, potum ieiunium non frange-
re. Nemo quippe pronuntiaverit, chocolatem
mixtum alter compactum, ut ad extinguendam
fitim, & ad citos digerendos fumatur, frange-
re ieiunium; quia tunc aqua erit, & parva
chocolatici pulveris quantitate reperia; ut
aqua sic temperata gravior fuscibus, & inno-
cia stomacho evadat. At postio illæ nihil
ad questionem nostram pertinere. Nunc
fitim, & ad citos digerendos, ciboque
digerendos adhibitus; sed de eo chocolate
nobis sermo est qui mane sumitur ad sto-
machum roborandum, & cuius usus est ad
alios effectus, præterquam ad fitim extinguen-
dam, & concoctionem ciborum. IV.
Præfatum responsum, & integra illa narra-
tione. *Conc. Theol. Tom. V.*

tio omnes prode meræ imposture charac-
teres. Primo tempore Pii V. usus chocolatis
Romæ, & in Italia minime obtrinebat. Et
certe sanctus Pontifex, ut ex illius auctori-
tate, chocolata nunquam usus fuit, ac
rem minime cogitant. Secundo Doctor Na-
varrus, Pio V. ceterisque laudatis Pontificibus
petraris & familiaris, Romæ scribentem
suum manuale, octogesimo annum agens,
in quo cap. xxi. num. 15. disputans, num-
porus aquæ, vel vini mane, sive post pran-
dium sumptus frangat ieiunium, negative
respondit, auctoritate nixus D. Thomæ. Cur
non adduxit recens oraculum S. Pii V. di-
cens, *Potus non frangit ieiunium*, relictus
dubio procul, si fuisse? ea magis quod loco
laudato num. 15. conceptis verbis loquitur
de consuetudine ieiuniorum, quæ tum obti-
nebat in novo orbe, & *terris nove reperitis*.
Quid quod nemo esse Rotomanum, vel ex
universa Italia, sive Iurisperdentum, sive Ca-
nonistarum, sive Theologorum, pontificum
illud oraculum scriptis prodidit? Solis In-
dies, & Hispanis oracula, quæ Romæ Pon-
tifices edunt, compta sunt? V. Denique, quod
rem conficit, est auctoritas Eminenti-
ssimi Cardinalis Brancatii, qui, quam-
vis licitum ieiunii tempore chocolatis
ulum defendat, candide tamen fateatur, si-
bi non constare de laudatis pontificis ora-
culis: additque, nunquam se indivisse quid-
quam de his oraculis a viris quorum cogiti-
onem illa fugere minime poterant. Negatis
hæc dicere videat, verba Brancatii ex
dissertatione sua trancribo. *Non asseveram*
mihi hæc assertatione præfidium esse asserit
summorum Pontificum Pii V. Gregorii XIII.
Pauli V. Gregorii XV. declarationibus relatis
in nomine Urbani VIII. cuius meminit Henricus
Stadius, & primo Pollicer, ab Hurtado
relatus, negativam nostram sententiam confir-
mantibus. De his enim mihi legitima non
constat. Neque illos vidi, neque id a viris
quorum certe cogitationem fugere non potuerant
audiri. Immo, cum plerumque coram Pon-
tifice in Episcoporum examine, me presentem
hæc controversia fuerit proposita, nulla de as-
sertis Bullis mentio facta est. VI. Hinc collige
multitudine Pontificum, qui allegantur
in præfidium chocolatis, novum, vali-
dumque putida impolture argumentum. Et
ne verisimile (dicam fortius) fieri ne possit
ut pontifices oracula ediderint, & de-
clarationes, bullaque pro licito chocolatis
potu ieiunii tempore; & solis Indis, ac His-

panis eiusmodi pontificia documenta nota fuerint; & nemo illorum qui in Italia, qui Romæ degrebat, eadem agnovit: quorum tamen, teste Cardinali Brancatio, cognitionem fingere minime potuissent? Nonne ob recurrentes frequentissimas occasiones multorum interfuit illiusmodi documenta caute servare, & esse, ut inavem, & ex alia parte in contentione, discernimento adductum, chocolatis potum propagarent? VII. Familiare quibusdam Caluicis est similia comminisci, si vera probationes deficiant. Nam, ut ceteros illam, Pater Hieronymus Lamas, tamquam certum, scriptis prodidit oraculum, quo laudatus S. Pius V. exemit lexagenaria à ieiunii quadragesimali precepto; ut infra cap. xix. videbimus. Et tamen evidenter passim fuit, merum illud, nimirum pingue commentum esse. VIII. Si evincit consuetudo simul accipiuntur, ut consuetudo consuetudo argumentationibus, luce claris competenti efficitur, omnia quæ ex recensis Pontificibus obtruduntur, nihil aliud esse quam fabellas totidem fide indignas.

IX. Officium S. Citatus P. Hurtado opponit consilium D. Martini Navarri, quod describit in calce sui tractatus x. in defensionem potus chocolatis. Consilium illud Romæ scriptum asserit ad petitionem P. Sebastiani de Oviedo Dominici Provincie Guatimalæ; & ex originali in civitate de Chiapa transcriptum esse testatur P. Franciscus de Olmo Superior Conventus S. Dominici anno 1577. Resp. Illud quoque consilium commentum lapit. Navarrus scribit Romæ octonarius suum Manuale, in quo satis verisimile est illum talis sententia meminisse, ut supra indicatum fuit. Accedit Navarrum sua consilia typis editisse. Cur autem, amabo te, istud neglexit? Cur repetitis rite editionibus in tenebris repositus delituit? Romæ Navarrus scripsit sex consilia de ieiunio, quæ habentur *Tom. I. Lib. III. pag. 771.* Aliqua sunt levioris momenti, & aliqua etiam inutilia, quia, ut inquit ille *consil. iv.* propter occupationes non potuit illa perficere. Dic, sodes, si Navarrus omnia sua consilia, immo vel ipsa fragmenta consiliorum edidit, numquid consilium omisit summi momenti, consilium, inquam, datum ad petitionem integre civitatis de Chiapa? Quid quod consilium istud, etiam si verum elicit, nihil favore contra opinionem; sed potius illum labefactaret? In eo dicitur: *Naturales illius terre (Chiapa Indiarum) cum sola frequentatione istius potus laborare consueverunt sine eo quod sumant*

alium cibum usque ad nocentem. Si per totum diem hoc solo potu nutritum corpus inter ipsos labores Indi illi; quis dixerit, potum istum cibi nutritis, & conservatis corporum naturam non habere? Quis dixerit eum utriusque vim non habere, si vel inter labores vites reficere potis est? Verum de hoc infra iterum fermo recurret.

XII. Labet alium conatum istius P. Hurtado lectori indicare meo, ut paulatim ille Familiare tedio, quod prolixitas ingerit, subducam. Lepida quippe sunt, & festiva quæ ex hoc Hurtado adiectiones sum. Perge porro. Hic invenitur in P. Zachariam Pasqualigum, scriptorem alioquin in laxandis ieiunii regulis nemini secundum. Cur ergo ab Hurtado laxitatis patronus vapulat? Quod scripserit, chocolatis potum ieiunium frangeret quod, cum rationes exoptaverit, quibus consueque fere status homines ab ieiunii lege eximeret, tanti non fuerit, ut quidpiam inveniret, quo probabiliter suo ieiunio effeceret chocolatis potum. Hæc sunt quæ Hurtadum in admirationem pertrahunt, atque adversus Pasqualigum commovent, & inflammant. Iuvat eisdem verba illuc afferre. Sic ergo in Appendice ad tractatum de potione chocolatica cap. ix. num. 134. loquitur Hurtadus. *Et in primis minor Zachariam Pasqualigum, qui, cum in Tomo prægræditi iam citato vix sit status hominum in Ecclesia, quem ab obligatione ieiunii non excludat, illud quod potus iste ieiunium frangat, rixas frivolas arguunt; cum alias ea quæ sunt pro nostra sententia, valde urgentia sint.* Ne sit iusta improbandi Pasqualigo causa? Fuit in omnibus fere aliis de ieiunio sententia laxa; & in hac de chocolate seyerus est. Tolerari ne istud immoto animo valet ab his quorum est Ethicam evangelicam suavem efficere? Ne vero gratis succedere Pasqualigo Hurtadus videatur, synopsis laxarum opinionum, quas de ieiunio Pasqualigus docuit, lectorum oculis subiciat, quas & ego transferere non inutile reputavi. Sunt autem sequentes.

Decisiones 275. excusat pauperes. 276. servos, quibus parum cibi ministratur. 277. iter ægrotos, qui non inveniunt susticiens viantem. 278. illos qui ordinario pane, & aliis sustentantur, 279. uxoratos, qui, si ieiunant, non possunt reddere debitum. 280. feminam, quæ, si ieiunat, colores perdit, quibus gratia redditur marito. 281. & 285. virginem sponfam, vel de sponsalio transans,

si sic-

si ieiunans pulchritudinem amittat. 287. omnia illos qui exercent artes, vel officia laboriosa; etiam illi divites sint. 290. & 291. etiam illi dies festivi sint, in quibus non laborant. 297. portantes onera. 295. futores. 296. coquos, qui conduunt cibos. 297. forarios. 298. textores. 299. molendinarios assidentes per diem molis. 300. eos qui circa pelles curandas laborant. 301. argentarios, & aurifices. 302. qui vendunt per vicus, & plateas per diem integrum. 304. mulieres lavatrices, etiam postquam extendunt, & duplicant pannos. Sartores, & barbatores non excusat, sed illos eximunt Diana, & Fagnandez. 305. pictores, & sculptores. 307. & 308. typographos, qui typis adiant. 309. marinarios. 310. milites præstantes. 311. qui templa adornant. 312. iter facientes pedites. 313. etiam iter voluntarium sit. 314. iter facientes caballis currendo. 315. qui iter faciunt mulabus de Aquiler. 316. ludentes pile, vel alio ludo nimis laborioso. 318. qui debiles facti sunt ex nimio inhonesto coitu. 319. Prædicatores, etiam si tribus tantum diebus septimanæ sermone habeant, cæteris diebus eximuntur. 326. Lectores, & Cathedralici eulucumque facultatis eximuntur. 327. illi qui orationibus gratia levent ad opinionem acquirendam. 328. studentes, qui conclusiones defendunt, aut lectionem oppositionis faciunt. Confessores nimum confessionibus assidentes; etiam illi faciunt voluntarie. 331. etiam illi gratia. 332. studentes continuo. 333. advocatos, procuratores, iudices, nimum laborantes. 334. scribas, si maiori parte diei laborant, & secretarios Principum diebus quibus nimum laborant. 335. Episcopos in diebus ordinum, aut quibus exercitia laboriosa exercent. 337. infirmarios, qui multis infirmis assunt. 339. illos qui in septimana sancta flagellantur, etiam si flagellatio voluntaria sit. 340. peregrinos ad loca sancta. 341. eos qui nimum vorant, eorum habent calorem stomachi. 347. n. 6. Catholicos qui infidelibus inferunt. 349. eum cui adventu Princeps hospes, ut illi in mensa assidet, potest frangere ieiunium; & decil. 325. dicit, quod labor invenit, & nimirum attentionis excusat ab obligatione ieiunii.

XIII. Hæc ex Pasqualigo transcripsit Hurtadus, qui sibi plaudit, quod, antequam legeret Auctorem istum, excusaverat a ieiunio prædices consiliorum, & viros

consilarios his verbis. „ Si enim Lectores, & Prædicatores deobligantur a ieiunio propter unam lectionem, aut sermone unius horæ spatio durantem: cum illi minis nisi spatio quinque, vel trium horarum affiant, tractantes negotia difficilia, & diversa, obligati ad studendum, ut recte decident causas, multo magis excusabuntur, non solum diebus consilii, sed etiam diebus festis & feriatis. Ita respondit interrogatus, antequam viderem Auctorem istum. Qui cum rationes probabiles inveniret ad omnes relos excusandos, miratus sum, non sibi occurrere ad dicendum, quod chocolate non frangat ieiunium; nisi consistat hæc dicitur pro Italia, & aliis regionibus, in quibus consuevit ipsum bibendi non invaluit, sed invaluit in Italia, & in Hispania.“

XIV. Hæc, licet valde prolixa, operæ pretium dicta proferre, ut colligeres, iuxta illorum inferiorum opinionem exolevit a Cathedralicorum cœtu ieiunia ecclesiastica; cum ad solos Christianos otio dissidentes atque desidiosa torpentes ieiunia coactaverint. Commoventur, & admiratione lapsus Huradus hæret, quod Pasqualigus aliis luxuriantibus non addiderit laxitatem potus chocolatici. Sed nos, christiane lector, expersificamur, ut ex aliorum aberrationibus proventum capiamus. Opus haud est ut evincam, nihil cuiusmodi Scriptorum auctoritati deferendum esse. Constat enim nonnullis, pia quidem intentione, eo consilia & inscriptiones suas colligente, ut leges, & præcepta humanis desiderant, & appetitionibus accommodarent. Plura dicenda forent adversus hunc Auctorem; sed aibi fermo erit. Id tantum in præsentis sufficit indicasse, eum nullius videlicet esse in hac questione auctoritatis: quoniam patet, nimis affectu, & impotenti anticipatione eum ferri in defensionem super opinionis, quam, ut inquit etiam laxeris propagarent, commentaria oracula Pontificum allegavit, erronea principia adduxit, & Doctores per iusuriam, ac minime ferendam falsitatem sibi faventes laudavit. Audi quæ cit. cap. num. 133. scribit: *sed quoniam Auctor iste (Pasqualigus) gratias sibi pro hac sententia; pro mea habeo Auctorem non minus gravem, tum religiose, tum scientiam, tum resolutionem in re morali P. M. Lezana Regentem studiorum in Romano Conventu, in sua Summa. verb. ieiunium.* Hæc autem sunt omnia verba Lezana loco citato hæc de re. *Potus autem lectis, & iuris, aut similibus ieiunium frangat.* quia.

quia huiusmodi liquida sunt vere cibus.... ac tolerantibus Episcopis, & Pontificibus summis. Quemadmodum ergo sola confuetudine refectio ferotina introducta est, qua priscæ ætatis Christiani non utebantur; sic confuetudine licitus reddi valet potus choco-latis? Resp. Nihil facilius est quam sub con-suetudinis larva abusus, & corruptelas obtru-dere. Et primum omnium quero, an cho-cولات cibus fit, vel potus. Si potus; illius usus confuetudine approbante, & permittente non esset. Nam potus, inilitus natura sui ad sitim extinguendam, absolute & semper licitus est omnibus. Si cibus chocoлатes dicatur; illius usus corruptelas est, non confuetu-dine. Quippe, admittit triplici refectioe in diem, matutina, meridiana, & ferotina seu nocturna, futis foret ieiunii lex, & ridicu-la. Tum enim ieiunium Christianorum ad solum delectum ciborum constitatur. Quod de viris doctis innuitur, solivtur facie, di-cendo, ad summum viros doctos semel in die chocoлатem sumere, sibi blandientes, quod materiæ parvitas excuset. Ceterum saltem prorsus est confuetudinem vigere sumendi chocoлатem toties quoties liberetur; sed sal-tem est confuetudine introductum esse po-tum chocoлатis, tanquam huius, & ieiun-ium non repugnantem. Concedo, refectio-nem esse. Verum abs te quero, an prastimi rationabiliter possit, quod Ecclesia approbatu-ra sit alteram confuetudinem sumendi matu-tinam refectiunculam. Collatio ferotina qua-dam tolerantia approbata, sive permilla fuit pro universis Catholicis ad naturæ debilitate m libellendam. Semel tum in die com-edebatur, circiter meridiem. Ad somnum capiendum, & naturæ imbecillitati subve-niendum, concessum fuit, quidquam cibi sero sumi posse. Postquam ergo Ecclesia antiquam ieiunii severitatem remisit, to-lerantiam collationem concessura erit? Quidni post meridiana? Quidni toties quoties cibus liberetur? Nonne erroneum est illud suspicari? Et tamen illuc tendit ob-iecta pro chocoлатis potione confuetudo.

Accedit, adversus ferotina collationis con-suetudinem neminem Theologorum reela-masse unquam; sed bona fide, & nemine repugnante eam inveciam fuisse. E contra-rio adversus potum chocoлатis Theologi & Probabiliste, & Antiprobabiliste communi-ter reclamant; & hanc confuetudinem, ut corruptelam, improbant. Sed ultra progre-diamur, & notiones vere confuetudinis ex-hibeamus. Ut confuetudo aliqua adversus

XV. Obicit 6. Confuetudo in materia ieiunii, cuius lex positiva est, plurimum valet. At confuetudo obtinet potandi val-de mane, & interdiu chocoлатem: sumitur enim cuiusmodi potus ab ipsis Prælatiis, Car-dinalibus, quin a Religiosis ipsis severioris instituti, & viris doctis, & piis, scientibus

legem obtineat, rationabilis sit oportet; ho-nium commune promovere debet, vel saltem eidem non repugnare; consensu maioris par-tis populi requiritur, & legislatoris saltem tacitus. Harum nulla fruitor potus choco-la-tis ieiunii tempore. Et primum quod non sit contentans rationi, lumine evangelicæ legis illustrata, qua ieiunii tempore carnis macerationem, & castigationem lentium, quæ denique carnem penitentia cruciatibus subiegit, corpusque consistare iubet, evidens est. Rationi ne congruit, urgente ieiunii lege, statim ac e culcitra furaxilli, ventri in-dulgere, famem suavitissimam potione recreare, vacuumque stomachum opplere, & ventricu-li pungentis, stimulos retundere, ut, ad prandium meridianum usque, ieiunii nullam in-commodum perferat? Anne bono communi christiane Reipublice congruit potus iste? Quodnam est bonum quod lex evangelicæ spectat? Christianorum sanctitas, morum in-tegritas, vitiorum exterminatio. Prelius. Quo tendit ieiunii lex? Ut Deo ob pe-perata flagitia homines laboriosa peni-tentia opera ofendant, ut divinam vindic-tam avertant, iustitiamque propitiam red-dant, ut concupiscentiam cohibeant; verbo, ne in peccata prolabantur. Quid, quædo, hinc fuit tam repugnans quam suavitissimæ huius potus? Reponis fortasse, ob adductas-ra-tiones neque ientaculum ferotinum, quatuor abhinc fiscalis inveciam, his duabus recentis confuetudinis prerogativis frui? Verum abusus a vero. Siquidem, deducto ad meri-dianum prandio, homines noctu vix capere so-narunt poterant; & natura nimium torque-batur. Ut penitentia afflicto tolerabilior fieret, vini potus, & frustulum panis, aut aliquid fructuum concessum est. Nihil istius quod delicias redoleat, quod concupiscentiam inflammet, quod fauces titillet. Hæc concessio unice spectat naturæ conservationem. Tandem postrema & potissima conditio con-suetudinis, maior scilicet pars populi, & le-gislatoris consentiens, prorsus desit. Nam, si totam catholicam Europam inspicimus, nec-centesima pars Christianiorum utitur choco-la-te, intra, vel extra tempus ieiunii. Idem de quolibet regno, & de quolibet provincia verum habet. Sed civitates, in quibus ma-xime vius istius potus obtinet, in examen veniant. Quis dixerit, Venetiis, Mediolan, Ianue, Florentia, Roma, Neapoli maiorem Catholicorum partem chocoлатem in Qua-dagesima epotare? Constat namque fallum id esse. Huic evidentissimo argumento re-spondet P. Hurtaudo *app. cap. vi. num. 107.*

sum sapientissimum magistrum Ludovicum de Montefinos docere, a minori seniorum, prudentiorum, ac præcipuorum civium parte invehi consuetudinem posse. Cumque tot Re-guliosi gravissimi, tot magnates, & viri di-vites timoratae conscientia sumant hunc po-tum in Quadagesima, purantes non frange-re ieiunium; ab illis introducta est consu-tudo legem ieiunii mitigans. Quod enim ho-mines infimæ notæ, & plebei talem potum non sumant, non derogat huc consuetudin-i. Hæcenus Hurtaudo.

XVI. Reipondeo. Audisti? Potentes, Magnates, virique divites, qui phialis, & poculis indulgent, qui seicloribus epulis vescuntur, qui magnis impensis gula inveniunt: isti ne, inquam, legis ecclesiasticæ arbitri erunt? Ili in causa propria, quæ & ventri favente, tanta prudentia, sapientia, & auctoritate polent, ut consuetudi-nem derogantem legi ecclesiasticæ, que vis naturalis, & divinum determinans, inve-ri possint? Christiani ergo qui exacte ieiuniorum legem servant, qui carnem, & concupiscentiam penitentia freno coercent, & in servitium redigunt, qui proinde abun-dantiore lupremi Numinis lumine perlusi sunt, Deoque cariores, Christiani isti infe-rioris notæ, vilesque plebei pro nostrum Theologum sunt; atque adeo inepti ad ius consuetudinis inducendum. Ludovicus de Montefinos non faveat laxitati P. Hurtaidi. Quis Montefinus fute evincit *loc. cit.* maioris partis consensum necessarium esse; & deinde, in examen vocato, num ad hanc maiorem partem consilium numerari debeant pueri, mulieres, ac hebetes homines, decernit, minorem partem seniorum, prudentum, sapientumque, comparate ad indoctos, mulierculas, & pueros, inve-ri consuetudinem posse: *quia* (en eius ver-ba) *quomvis sit a minori secundum nume-rum, est tamen a minori secundum qualita-tem.* Itâ concludit Montefinos. Sed urget P. Hurtaudo, Religiosos gravissimos fortil-lare chocoлатem. Qui sint, Hurtaudo indice, Religiosi isti *gravissimi*, profecto non alie-quot. Religiosos viros illos ego voco qui ad amulum Regulam suam, & ieiunia tum ec-clesiastica, tum monastica servant, votaque omnia promissa implent. Ex his neminem chocoлатe diebus edulibus uti certo scio, nisi ut peculiaris infirmitas, aut ingravescens ætas, aut necessarii studii labor impellat. Optime enim norant, se non ieiunii tantum lege, verum etiam monasticæ pampertatis voto a potione non infimæ pretii prohiberi, nisi in-

fla addit causa. Si quis vero sint qui nulla ducti necessitate, sed tantummodo ad removenda ieiunii incommoda, chokolatem sumant, hos non consuetudinem, sed abulum invehere indubie pronuntio. Deest ergo, sive in Religiosis, sive in secularibus, consensus maioris partis. Deest consensus maioris partis Theologorum, doctorum, prudentium, & sanctorum. Deest Pontificum consensus. CLEMENS PAPA XI. qui sanctioris doctrina, & eloquentie antiquorum Pontificum imaginem reulit, tempore ieiunii nec ipse fumsabat, nec in suo procatone fonsi ab aliis chokolatem permittebat, ut testatur Eminentissimus Cardinalis Rufus, qui prafato Pontifici, ut Prelatus domesticus, intervebat. At Pontifices vident, ieiunium chokolatem potari; nec verant. Verum habet. At nunquid sciunt Pontifices, quinam sint illi qui eo solum voluptatem, firmioreque corporis habitudinem, & abque ulla vera necessitate hoc potu utuntur; & quinam contra illi sint qui, urgente tantum causa iusta, hunc potum adhibent? Universalior est usus carnis in Quadragesima quam chokolatis in permittis civitatibus. Plures iustam ob causam dispensant. Verum maior, & maxima pars absque ulla vera, & legitima causa carnis vescitur. Id competentur Episcopis, & Pontificibus est. At, quia nequeunt legitime dispensari ab aliis invalide dispensatis distinguere, illorum tolerantia nequit dispensari ut tacitus consensus, qui in nullo legislatore presumi potest, nisi fit rationabilis, & bono communi contententur, aut faltem non repugnant. Deest ergo maioris partis Catholicorum cuiusque provincie, & civitatis consensus, deest consensus Ecclesie. Ergo inutilis est, ac mendacitiam consuetudo, que obtruditur adversus communem Theologorum sententiam. Exiguis ne decem. Calumillarum manipulis adversus ingens ceterorum Theologorum agmen consuetudinis larva induere aperitissimam contumeliam poterit? Ut ergo efficacius lecturum illud consuetudinis contententem, solum laxam oppugnare velui opinionem. Nulla unquam in Ecclesia in vestra consuetudo fuit, repugnante erariorum Theologorum choro. Quandonam tranquillam possessionem abulius ille obtinuit? An non tempus graviores, & numerofiores Theologi reclamantur contra abulum istum, sane scandalum plenum?

XVII. Obicit 7. Pater Hurtadas loc. cit. num. 109. ubi, ut hanc obiecta consuetudinis larvam tueatur, sic insinuat suam argumentationem. A tempore Pii V. & Grego-

rii XIII. introductus est usus probabilis opinionis, cuius probabilitas in dies vires accipit, & incrementum: quia (subdo ego) illius mater concupiscentia, seu intemperantia in dies fecundior evadit. Quod si quis (persequitur ille) titulo vult opinionis probabilis non velit hac potione uti; utatur, si velit, titula declarationis pontificie. Quod si hoc contentus non fit, utatur titulo consuetudinis derogantis. Ad quam consuetudinem introducendam sufficit longevus usus opinionis probabilis. Hactenus Hurtadas.

XVIII. Respondeo. Hac omnia sophismata sunt adeo grassa, ut vel ipse Hurtadas eorum vanitatem agnovisset. Quapropter modo ad pontificiam declarationem se recipit; modo ad consuetudinis spectrum configit; modo tandem ad probabilitatis asylum recurrit: quia nullibi solum reperit ubi pedem figat. Oracula pontificia pura putaque commenta esse, iam supra ostendimus fuit; ubi etiam indicavimus, ignorum omnino fuisse chokolatis potum Europaeis temporibus Pii V. & Gregorii XIII. Diximus quoque, illorum oraculorum papalium solos Hurtadum allegare Americanos, Mexicanosque testes absque ulla documento legitimo. Siquidem non asserunt authentica, & sincera expositio facta S. Pio V. super qualitate, & mixtura chokolatis, que ab Indis forebatur; quod de aliis pontificis oraculis, nempe Gregorii XV. & Pauli V. satis superque dictum est supra.

XIX. Verum, ut summa, que in questionibus morum, & facti haberi ac deliderari potest, evidentia ostendamus quam falsa sint documenta que iactantur, animum intendat lector velim ad ea que ex eodem Hurtado adicere nunc placet. Narrat Hurtadas cap. 111. num. 71. sub tract. Augustiniani de Padilla Archiepiscopi de Hispanola testari, se vidisse consilium Navari, qui ad petitionem Provincie de la Chiapa super hoc potu, in die ieiunii fumendo, consulit Gregorium XIII. En verba. Padilla Lib. II. histor. Provincie Chiapa cap. 11. To lo visto la consulta, que se hizo al Papa Gregorio decimotercio por mano del Doctor Aspilcueta Navarro a instancia de la Provincia de Chiapa, donde se comenzo esta bebida, y conser la relacion harto encarecida, respondio el Papa por dos vezes que no querabrava el ayuno. Tanti facit hoc testimonium Hurtadas, ut neglectis omnibus alii momentis, hoc solum satis esse velit pro legitima consuetudine: sic enim loquitur cap. iv. n. 96.

Qua

Qua quidem consuetudo introducta est in regionibus Indiarum, sed etiam in nostra Hispania; sicut hic cum aliqua FORMIDINE, QUAE ABICI DEBET, cum sit hoc testimonium Illustrissimi Archiepiscopi Padilla, quod summus Pontifex declaraverit, potum chokolatis non frangere ieiunium. Est enim declarationem fecerit ad instantiam unius provincie; tamen declaratio ipsa catholica fuit, & universalis.

XX. Nonnulla hic per transennam animadvertas velim. Primo dicit consuetudinem obtinere etiam in Hispania; sed cum formidine, que abigi debet: quia Theologorum est, ait ille, conari legem humanam auferre, seu sic interpretari, ne obliget, nisi peccata videntur. Secundo contendit Pontificis declarationem, licet ad instantiam unius provincie factam, catholicam esse, & universalem. Quod quam falsum sit, nemo non videt. Potus quippe iste in illa tantum erat provincia usualis; nec, Gregorio XIII. vivente, potus iste in Europa obtinebat. Quid quod nec in praesentia rationem potus usualis obtinet, ut contemptissimum est? Et Caluiste, qui oppositum docent, vulgus decipiunt, bonamque fidem violant, cum nemo in Europa chokolatem sumat ad sitim extinguendam, aut in praedio, vel coma loco communis potus. Tertio asserit, Gregorium XIII. declarasse bis in diem, dos vezes, licere chokolatem fumere: quod communem vel benigniorem Probabilium opinionum animis latantur, religiosi sibi ducunt pliquam semel illum lumere. Verum, ut ad id quod caput est, accedam, dico, attestationem Augustini Padillae arbitrarium commentum esse. Idque evinco, non alio testimonio quam ipsius Hurtadi, qui consultationem Navari, laudatam a Padilla, integram refert in calce sui tractatus, istamque extractam fuisse asserit ex originali, quod alleratur in civitate de Chiapa. Consilium hoc (inquit Hurtadas cap. v. num. 98.) ad finem hunc disputationis ad verbum referam: quod fideliter translatum fuisse a suo originali in civitate de Chiapa, testantur F. Franciscus de Olms die 22. Aprilis anno 1577. Gabriel de Morales, Nuxon, Salgado.

XXI. Audi nunc manifestam imposturam. In hoc consilio nec verbum habet Navarus consilio de Gregorio XIII. vel de sermone cum eo habito. Padilla autem scribit, se vidisse consultationem factam ad petitionem Provincie de Chiapa per Navarum cum Gregorio XIII. Hanc ipsam consultationem typis edidit Hurtadas. Ergo, si in hoc con-

silio nec verbum de Gregorio Pontifice summo habetur, evidens est & consilium suppositum esse, & relationem Padilla falsam. Quod potu in consilio Navari consilio nec verbum habetur de Gregorio, factum est manifestum: atque ad liberandam fidem meam integrum ipsum statim transcribo.

Consilium suppositum Navarro super potu chokolatis.

Supposito quod in aliquibus partibus Indiarum de more habeant potum consiere ex substantia frumenti terrae illius, vulgariter nuncupati maize, que quidem frumento molito mittitur in aquam, que colata, sicut aqua, que nostrates exprimunt ex amygdalis ad condendum obrizum, & insuper hinc aqua, ut dulcior, & suavior sit, superadditur spuma, que fit ex massa facta ex quibusdam granis, quae vulgo dicuntur cacao, qui potus videtur afficere stomachum etiam ieiunium, & naturalis terrae illius cum sola frequentatione istius potus laborare consuevit sine eo quod sumant animi cibum usque ad nossem. Dubitatur, an ab his qui tenentur ieiunare ex praeccepto Ecclesie, seu alias, possit ante, & post praedium sumi dictus potus sine fractione ieiunii Ecclesie. Item & simile dubium. Itinerantes consuevit miscere aquam cum pulvere vel farina facta ex dicto frumento de maize ex dictis granis, quae vulgariter Cacao pindol.

Respondeo, quod per huiusmodi potum non frangitur ieiunium statutum ab Ecclesia, quod appellatur ieiunium ieiunantium: quia tale ieiunium solum inducit necessitate abstinenti ad est amplius quam ieiunium in die, & non a potu, ut tradit D. Thomas receptus 2. 2. quarti. xlviii. art. 6. in cor. quæd. & ad 2. Et aqua consuetudo praedicta, & proposita est potus, & habetur ab omnibus pro potu. Ergo non est illa interdicta in die ieiunii: tum quia in Germania, Belgio, Gallia, & aliis multis christianis orbis regionibus, utuntur Christiani cervisia in die ieiunii, que eodem semper modo componitur quo posita aqua, perinde ac in eisdem, & in aliis vino meros, tum quia vinum, & ferrum generosum, longe magis nutrit quam posita aqua de chilate, ut satis colligitur ex D. Thoma, ut supra, & constat experientia. Attamen, quia sumitur ut po-

us, & potius ad alterandam, quam ad nutriendum, non indiderit, huius usus in die ieiunii; ergo nec a fortiori usus aquæ madidæ, quæ furnitur ut potus ad alterandum potius quam ad nutriendum.

Hæc tamen videtur locus fuisse Navarrus: & quæ sequuntur, ex modo loquendi ab Hurtado adiecta apparent. Illa tamen excribo, ne vel verbum omittam.

„Nec oblat quod ait, quod Indi aliquando a mane usque ad noctem laborantes, sustentantur potu illo de chilantate: quia multi solo vino etiam sustentantur iter facientes. Tum quia satis est propositio nostra, quod Ecclesia non interdicit potum, sed eum; & quod potus aqua habetur pro potu in illis regionibus Indiarum, sicut vinum, & cervisia multorum generum in toto orbe christiana: quod longe magis nutrit, quam proposita aqua. Salva, quæ iustior fuerit, sententia.

Martinus Doctor Aspiculena Navarrus.

XXII. Manifestum itaque est, in hoc consilio Navarræ, a Padilla laudato, nullam Gregorii XIII. mentionem fieri. Fallitur ergo est testimonium Padillæ, cui unice perperit Hurtadus iactata consuetudinis spectum. Ultimum paragraphum, ut indicativa, lacina videtur, ab Hurtado commentitio consilio adiecta: & nihilominus eam nullo signo a consilio distinguit; immo toto præmittit subscriptum Doctoris Navarræ. Padilla non aliud laudat consilium præter illud quod in civitate de Chiapa servatur. Hoc ipsum est quod ex autographo Chiapensis descriptum est Hurtadus. Non est ergo de suppositione Navarrici consilii, nec de falsitate oraculorum papalium ambigendum. Ergo nec titulo consuetudinis, nec titulo pontificæ declarationis licitus est ieiunii tempore potus chocolatis. Multo vero minus licitus dicit potest titulo opinionis probabilis, ut arguitur Hurtadus: quod sic evidenter ostendo.

XXIII. Lex ieiunii certa est; ergo nec dubia, nec probabilis consuetudine auferri potest. Omnes quippe Probabilitate docent, legem certam, & quæ est, ut aliud, in possessione, antiquari, & abrogari non possit per consuetudinem dubiam, aut probabilem: quæ dicunt, melior est conditio possidentis. Quæ clarior ita explicari valet. Opinio tantum probabilis nequit inducere consuetudinem quæ

legem certam abroget. Posita ergo certitudine legis ieiunii, evanescit probabilis consuetudinis contrarie. Verum id habet, inquit Hurtado, si fermo fit de consuetudine quæ legem invehit obligantem ad culpam gravem. Hæc utique per probabilem opinionem inveni sequitur. Fallum contra est, si consuetudo introducenda derogatoria tantum sit. Quoniam eo ipso quod fit probabilis, ab obligatione legis eximit. Quid? Opinio probabilis nequit inducere legem quæ obliget; & valet abrogare legem iam constitutam, & seculorum vetustate firmatam, & diuturna observatione mutavit? Unde, quæso, probabilistica opinio fortitudinem tam variam, virelque adeo contrarias collegit, ut neque novam invehere, valeatque veterem antiquare legem? Sin maiora, æqualia saltem momenta dubio proci necessaria sunt tum in institutione, tum in abrogatione cuiusque legis. Et, si aliqua esse diversitas potest, plus ad deturbandam et iure possessionis legem obtinendam requiritur quam ad novam invehendam.

XXIV. Sub alio tamen aspectu larvam obiectæ consuetudinis expono, atque penitus repello. Si id quod strapte natura cibus est, ut est chocolatis massa feiunctum ab aqua, fatente Hurtado, omnibusque advertariis, comminatur, & aqua diluatur, valet ut consuetudinis, aut opinionis probabilis fieri licitus potus in die ieiunii: quæro, utrum hæc consuetudo faveat solis divitibus, & nobilibus; an universalis pro omnibus Catholicis sit? Si dicas, consuetudinem hanc solis divitibus favere, & nobilibus: nem una erit omnium Catholicorum lex, & conbuerit; sicut una est fides, unumque baptisma? Quod delirium remò adhuc excogitavit. Collatio serotina universalis est. Ergo universalis sit necesse est & collatio matutina, facta positione quod liceat. Porro, si consuetudo istius matutine potius universalis est, quid peraget maxima Christiana pars? Illi tanti non sunt, ut medium iolum, seu decem follos Venetorum expendant pro uno chocolatis cyatho, seu pro uno haustu. Poterunt ergo minoris pretii pulmentum, seu mixtum compingere quod minoris valoris sit ac potio chocolatica. Quid ergo Theologis aqua hæret, utrum Catholicis lex ieiunii mane licite possit bolum panis comederet ad stomachi debilitatem reparandam? Non debiles modo, sed omnes indigentur. Non debiles panis unciam, illum terant, & in pulverem comminuant: quinque aut lex æque unciis miscant: sechcharum, & aromata adiciant: volvant, revolvantque ad ignem;

ignem, donec ad modum chocolatis spissum pulverem coerint. Deinde unum, & alterum cyathum mane, quin per totum diem, quoties placuerit, sorbent. Quid responderis? Consuetudinem chocolatis potandi videri, secus alicuius rationis? Responsum istud nimirum sane crassum esset, ac superflitionem redoleret. Cedo. Cur pasta frumenti Indici, seu granorum cacao, aliorumque aromatum aqua diluta potus licitus evadere Catholicis vi consuetudinis potuit; secus vero pasta frumenti Italici, aut granulorum castaneorum, & aromatum, si eodem modo in formam potus redigatur? Discriminis rationem assigna. Hæcine dispar ratio, quod potus iste Italicus minoris pretii sit? Quod minus nutrit? Quod concupiscentiam minus inflamat? Quod palatum & fauces minus titillet? Agens. Aliquid responso, quod bonis virtutibus quadret, exhibe. Nonne demeritum neus habetur ille qui assereret, celestissimum confectum ex hordæo, aut tritico licitum esse Germanis? secus vero, si ex filigine exprimeretur? Velis ergo, nolis, si divitibus, & nobilibus concedis refectionem potabilem matutinam; eandem, vel similem, si fieri possit, aut saltem inferioris pretii, saporis, & nutritionis, omnibus Christianis permittas oportet.

XXV. Obicit 8. Hurtadus argumentum quod vocat validissimum, miramque fortissimum, atque inespugnabilem, ut illius utar verbis. Illud autem accessit a sumptione electuariorum. Electuaria olim licite sumebantur ieiunii tempore; tamen ex rebus quæ cibi rationem habebant, compingebantur. Cur ergo licitum non erit sumere chocolatem, quamquam ex eis componatur quæ manducari possunt?

XXVI. Respondeo. Hoc argumentum, quod fuisse Hurtadus versat tam cap. vii. in append. tum cap. 11. tract. consultatur ab eodem Hurtado tam cap. ult. append. tum cit. cap. 11. num. 50. & seq. ut iam iam indicaturum sum. De electuariis dictum est supra cap. 111. quæst. 111. Ut, quam facile sit oppositum argumentum, appareat, id in memoriam revocandum est, antiquos Doctores, qui electuariorum meminere, ut D. Thomas, Alexander Alenis, Durandus, aliique, docuisse, licitum esse illorum ulum medicinæ invadant digestionem. Tum enim vespere ieiunium solvebant; & necena indigesta somnum impediunt; molestant redderet, qui minus calore fervebant, electuariis utebantur ad cibos facilius dige-

rendos. Accedit quod tum collatio serotina inveniata nondum erat, quia declinante die ieiunantes reficiebantur. Quare ex inconferantia antiquæ ieiunii scribit Hurtadus cap. xxi. Cur ergo loco electuariorum nostro tempore substitui non potest aliquis fructus ieiunii potio ex chocolate confecta? Quia sumptioni electuariorum successit collatio serotina. Sic reponere possem. Verum, ne quis benigna interpretatione anam abutendi arripere, consensum addiderunt præfati Doctores, eiu modi electuaria frangere ieiunium, si in fraudem legis ad nutriendum corpus, extinguendamque famem allumantur. Unam pro omnibus referre satis fit D. Thomam in IV. dist. xv. quæst. 111. art. 4. quæst. 1. ad 3. Dicedum, quod electuaria, est aliquo modo nutritiva, non tamen hic est principalliter usus eorum: unde nec loco manducationis sumi consueverunt. Et ideo talis sumptio ieiunium Ecclesia non solvit; quoniam homo possit totaliter, vel in parte ex hoc meritorium ieiunii perdere, vel ieiunium mortaliter peccare, si sit immoderata libido: non tamen est transgressio præcepti Ecclesie, NISI IN FRAUDEM sumere, & eis, quasi aliis cibis, uteretur ad famem extinguendam. Idem docent D. Thomas sextatoris, Paludanus, Tabienna, Samuel Lumbinensis, Sylvester, D. Antonius, Selsius, & alii communitur.

XXVII. Sed aures nunc adhibeas lector velim, ut auctores P. Thomam Hurtadum manibus, pedibusque in nostram concedere sententiam. Ille namque & cap. 11. tract. & in append. cap. ult. fule, efficaciterque probat, chocolatem frangere ieiunium, si, ut narrat, sumatur. Trii ille, promittit argumenta in hæc, noltraque sententia confirmationem, quæ, paucis demptis, totidem fere verbis isthuc transcribo. Latissime, inquit, probat, quod, si vinum, & chocolate sumantur ea intentione ut nutriant, frangunt ieiunium. . . . Hæc tamen doctrina, quæ OMNIUM FERE ANTIQUORUM EST, aliquibus modernis dura visa est. Mihi tamen verissima apparet, ad quod sufficit quod am tradat D. Thomas, quem secuti sunt quædam Auctores gravissimi, quibus addo Archiepiscopum, Abulensem, Ludovicum Lopez, Medicum, Aulensem, Asorium, Lumbiniam, Lelsum, Dianam. „ Primum fundamentum est, quia tam vinum quam potus de chocolate, vere nutriunt. Et quis hoc negat? cum experientia id doceat. Ergo, si quis ea sumat intentione, ut nutriant, & famem extinguant; peccat contra præceptum ieiunii, & recipia ipsum frangit.

Secundum fundamentum. Ex communi Doctorum sententia, tunc fit fraus contra legem, quando fit contra id quod leveatur. Que doctrina verissima est, ut ait Glossa in *cap. Contributus de concessione prebende verbo in fraudem*. Cum ergo Ecclesia in precepto ieiunii prohibeat subministrare pabulum nutritivæ potentie, nisi unica comestione in die facta: si quis, facta hac unica comestione, vel antepiam, intentione se nutriendi sumat electuaria, vel potionem vini, aut chokolatem in magna quantitate, frangit ieiunium: quia fraus nulli debet patrocinari.

„ Tertium fundamentum fit, quia, ut notat Glossa in *cap. privilegiis*, tunc fit aliquid in fraudem legis, cum quis, salvis illius verbis, sententiam eius circumvenit; ut patet in Religio qui, non dimittens habitum religiosum, supra ipsam induit habitu seculari: esse enim est non dimittat habitum occulte, si tamen diverget extra claustra, omnes conveniunt ipsam talem esse Apollitam, & incurrere censuras. Ergo, si quis bibat vinum, aut chokolatem animo se sustentandi, & nutriendi, cum illa potiones vere nutriant, quamvis ad hoc non sint institute, est ore non comedit, sed bibit, & salvet verba legis; tamen esse sententiam circumvenit, & vere ex intentione, & ex opere operato plures cibatur, & ieiunium frangit.

XXVIII. Accipe nunc evidentem demonstrationem, ex verbis eiusdem Hurtadi formatam. Omnes qui sorbent chokolatem animo se nutriendi, famisque extinguenda, frangunt preceptum ieiunii: quia *chocolate vere nutrit*. Quis hoc negat? Sed omnes qui mane potum accipiunt chocolatis, illum sumunt animo se nutriendi, famem extinguendi, & stomachi corroborandi. *Quis hoc negat, cum experientia id doceat?* Ergo omnes qui mane sumunt chokolatem, frangunt ieiunium & ex intentione, nempe ex opere operato. Hoc est ratiocinium ex Hurtado collectum. Secunda propositio, que in dikrimen adduci potest, evidenter alius duabus est; & quise chokolatem adhibens mane ieiunii, illius veritatis testis est. Cum enim tempore ieiunii incoctati omnes ieiunantes dormitum pergant; mane vacuum stomachum, & ventricoli pungentes aculos sentiunt: quos ut retundant, ut stomachum corroborent, vireque reficiant, chokolatem eporant. Hoc sane nemo negare audebit, nisi bonæ fidei, & intimo sensui,

quem omnes experimus, sententiam velit. Quis audebit umquam asserere, se mane ieiunii chokolatem sumere ad sitim extinguendam, ad cibos concoquendos, ad digestionem iuvandam? Is sane sibilis & cachinnis se se exponeret. Quare merito Hurtadus scribit, hanc doctrinam esse *ferè omnium antiquorum*.

XXIX. Hurtadus ergo, inquit, nostram propugnat sententiam; & potum chocolatis tempore ieiunii improbat? Nonne is est qui prolixum tractatum cum appendice edidit: quem recentiores chocolatis patroni, tamquam proprie sententia principem, strenuamque ducem, laudant, opponuntque? Verum habet. Sed ea est veritatis vis, ut, inde alius asurgat unde fortius impetitur. Hurtadus, ut vidimus, oracula pontificia apocrypha, supposititia, & aperte falsa in medium adduxit: testes minus dignos, & Theologos sibi faventes allegavit, qui et aperte repugnant: rationes etiam præ ceteris excogitavit, & acumine ingenii, quo pollebat, omni probabililitatis fuce delibatas exhibuit. At, utpote vir acris ingenii, sensit rationum suarum imbecillitatem: & idcirco ad alium *inventionis* se se recepit, autmans ibidem se tuto consilere posse. Verum, ut cuique malam agentem causam accidit, ubi firmitatem se nactum esse putavit, ibi certius iacturam passus est. Id in presentia sciendum est palam.

XXX. Sententia ergo Hurtadi est, chokolatem ieiunium frangere, si animo corporis nutriendi sumatur; secus, si intentione extinguenda sitis potum illum quibibatur. Quæ sane opinio ridicula est. Eae liquidam ab intentione actus formam, seu speciem capiunt, quæ suapte natura adia phora sunt, & indifferente; quæ vero e contrario pro se ipsum determinatum effectum pariunt, externa intentione impediti nequeunt. Palla chocolatis suapte natura ab aqua lesucta non alium effectum parit, nisi nutritionem, omnibus adversariis latentibus, & potissimum Hurtado. Sed dum etiam aquæ admisceatur, eundem omnino effectum producit. Quin, cum in tertiam substantiam tunc transeat, magis nutrit ob additionem maioris saporis, & suavitatis, quæ ex calore, mixtura, & concessione consurgunt. Potus ille, quemcumque superveniat intentio, omnem alium effectum præter sitis extinctionem producit: quoniam sitim acit, fauces adurit, sanguinem inflammat. Et tunc tantum abest ut ad sitim resingendum chokolates adhibeatur, ut potius plurimi, antequam

quam chokolatem famant, aquam epotent, plures alii sumpto chocolate, & alii inter ipsam summptionem. Quare nescio, qua fronte, quo ausu, bona fide valeant Neoterici garrire, chokolatem potus rationem habere. Ut sine pudore hæc scribere, & loqui publice possent, deberent ipsi hanc ipsam pulstem adhibere in mensa, vel extra mensam, dum ardenti torquentur siti. Intentio ergo fumentis inanis est; & negatoria.

XXXI. Exemplum vini, quod adducit Hurtadus, nostram firmat sententiam. Vinum suapte natura ad sitim pellendam, cibofque digerendos inservit. Et, quia secundario nutrit, potest in fraudem ieiunii per pravam intentionem ad famem popullandam eporari. Non sic chocolates, qui nunquam ab aliquo in mensa adhibetur, vel extra mensam ad sitim sedandam. Idcirco nequit ieiunans efficere, ut effectum quem chocolates parent, non potest, pariat vi sua intentionis. Quod si adeo parva quantitas pasta chocolatis aqua immisceretur, ut aqua illa veram potus naturam haberet, potiusque utilis, quemadmodum vinum, cervisia, & similia, pro mensa, pro sita pellenda, pro ciborum digestionem evaderet; nunc si quis illam fumeret aquam, sive in mensa prandens, sive extra siti laborans, nequaquam ieiunium frangeret. Sermo itaque est in presentia de ipsillo illo chocolate, qui sobillatur summo mane in Europa, nulla siti urgente, nulla que fracta mensa. Itaque ex conditione potatis ex temporis, quo sumitur, circumstantia ita ad nutritionem, & voluptatem, & ventriculium implendum restringitur potus iste, ut nulla intentio valeat hos impedire effectus, nullaque intentio efficere possit ut chocolates summo mane sitim extinguant, & ciborum invet concoctionem; si nulla tunc temporis est in sumente sitis extinguenda, nulla est ciborum iuvanda digestio. Perfugium ergo intentionis inane, ac futile est, non minus quam cetera omnia producta hætenus argumenta.

XXXII. Obiicit 9. P. Cæsar Calpinus in III. Part. prim. Conc. sui Quadrag. docet, chokolatem non infringere ieiunii preceptum, ob peculiarem rationem quam proprio Marte ipse excogitavit. Nam dialogum instituit inter Silvium & Lucretium, eorumque ore rationes communes Theologorum in examen adducit, & tanquam vanas reiecit. Silvius audiens magistrum suum chocolati faventes rationes impugnantem, perterfactus (valde quippe eum potus ille delectabat) exclamavit. Ergo tu, Pater, officere chokolatem ieiunio doceris? Haudquam, Domine mi. Sed aliis utrorationibus. Speculationi insididico, potum ipsum nec ad sitim resingendum, nec ad famem tollendam institutum esse; sed ad caput, & stomachum confortandum. Ergo proprie nec cibos est, nec potus, sed medicina potabilis. Næ egestie! In verba Italica. Silvius. „ Dunque voi, o Padre, giudichete, che il chocolate sia contrario al „ diguno? Prad. Non mio Signore; ma „ mi servo d'altri principi. Tal bevanda „ non è ordinata ad estinguer la sete, non „ a toglier la fame, ma a confortare il „ capo, e lo stomaco. Dunque non è proprio a riempire nè cibo nè bevanda uguale „ ma medicamento preso in bevanda. „ Ratiocinium istud valde aridit Lucretio alteri interlocutori. Et, ut alius menti illius imprimatur, Concionator illud consuetudine Romane Curie roborat. Romæ, inquit, videntibus, & minime repugnantibus Prælatibus, ac Pontificibus, chocolates sobillatur. Ergo, sive cibus sit, sive potus, sive nutrit, five non, hodie ieiunio non repugnat. Ulus Romæ obtinet: & hoc latius superque sit, ut liceat.

XXXIII. Argumentum istud referre volui, tum ut nihil dissimulatum eorum que oppositi solent; tum ut solares præter leporem lechoris animum. Nihil quippe præter leporem præferi; si lepor tamen appellandus sit qui eo tendit, ut Ecclesie præcepta infringant. Respondemus ergo, expostum argumentationem festivam esse, quæ impugnatione non eget. Quid? Nec cibis est, nec potus chocolates? Quid, si pasta manducatur? An neque tum cibis erit? Si aqua ergo diluatur, Cibis erit potabilis. Consectudo Romane Curie inepte opponitur. Maior Romana gentis pars chokolatem ieiunii tempore non sumit. Plures illum bibunt, iulia urgente causa. Aliqui voluprate sola impellente id faciunt; idcirco peccant. Ulus qui ob plures rationes huius estis potest, nec a Romanis Pontificibus, nec a legislatoribus ullis improbari facile solet. Nec tamen illius ullus tolerantiam consensum indicat Prælatibus. Sed de hoc dictum est supra.

XXXIV. Eiusmodi iura obiecta que in chokolatis defensionem adduci solent. Omnia referre, nihilque dissimulare volui. Non dubito fore ut, quemadmodum mihi, ita tibi inepta nugæ videantur, amice lector. Libere loquor, non ut cuiquam insultem; sed ut imperitos, omnique qui contraria opinionis furo præventi sunt, errori, quod fieri potest,

est, subducam. Ex his enim que latius disputata sunt, spero fore ut quique qui mente præiudiciorum vacua utriusque partis momenta liberaverit, tamquam improbabili relictæ opinionem quam impugnavimus. Nulla quippe solida scilicet ratione. Quandoquidem ad veritatem ipsam licet liberi consentiant in progrediendo tamquam licito chokolatis potu ieiunium tempore; immo tamen pugnant, cum rationes, que sententiam suam firment, promere debent. Ratio que uni est probabilis, alteri falsa est. Alii ad intentionem, alii ad materiam paritatem consurgunt. Alii ubi medicinæ portabilis, alii sub cibi non nutrientis, sed spiritus alterantis vanissimis coloribus opinionis probabilitatem defendere adituntur. Alii consuetudinis larvam, alii oraculo-rum papulum fomentum lactant. Alii unum, & alterum poculum ieiunium tempore licitum volunt; alii toties, quoties libuerit, bibi posse contendunt. Vix duo Auctores sibi consistent in assignanda propriæ opinionis ratione. Hoc apertum illorum dissidium aliud est argumentum quod falsam esse illorum opinionem, & veram nostram evincit. Auctoritas quoque extrinseca deest, cum pauci sint talis opinionis patroni comparate ad nostros. Quid, si illorum plures causam propriam perorarent? Habendi ne essent tamquam legitimi iudices? Nihil ne verendum esset, ne studium propriæ commoditatis mentem hebetaret? Sane magno prece timore ne verum fit quod scribit Tamburinus Lib. IV. cap. v. §. 2. num. 13. ubi, postquam efficaciter propagavit potionem chokolaticam ieiunium violare, hæc subdit. "Enarravit mihi vir nostre Societatis, omni fide dignus, Eminentissimum Ioan-nem de Lugo, antequam ad sacram puram parvam esset alicuius, dum scilicet in Romano Collegio Theologiam proficeretur, ita facite respondisse cuidam Sacerdoti, eum fœderatam, ad chokolatam ieiunium frangere ret. Qui eam usque, nequamquam frangere videretur, frangere contendit qui eam e ventriculo violare ieiunium pronuntio. " Similes viri, qui litterarum eruditione, dignitatem splendorem emittunt, in exemplum frequenter adduci solent imitationis; ac si omnia eorum acta sanctitatem redolerent. Sed Augustinus, ut alias dixi, nos admonet, non omnia, vel sanctorum hominum, facta immunda esse a criminibus. Nigricant & in Sanctis tui navi: quia nemo, nisi Deus, mundus a sordibus. Quid ergo de illis dicendum qui inter Sanctos non coluntur? Dico ergo, si cum gratia agnoscimus legi consentanea, imo-

tari entiamur; si contraria legi nobis videntur que illi faciunt, vitanda sunt. Fortale illi vel infirmitate, vel quadam peculiari necessitate cogente, sic agant. Innumeris illi virtutibus splendens; sed in hoc, aut in illo forte deficient. Quid, si non, relictis virtutibus, eorum defectus imitemur? Ad legem ergo, quam nobis Ecclēsia proponit, exigere actiones nostras debemus. Que autem evidenti, aut verisimiliori ratione huic legi adveria cognoscimus, ab eisdem cavere debemus: nullaque hominum auctoritas a legis observantia seivngere nos debet. *Nolite omni spiritui credere; sed probate spiritus, si ex Deo sint.* I. Ioan. IV. 1. Concludamus ergo, opinionem, defendentem potum chokolatis non violare ieiunium, esse omnino improbabilem, viamque aperire laxissimam ad delendam veram ieiuniorum imaginem. Concludamus, omnes viros qui ut Sancti coluntur, præstant opinionem veram, & opere reparare; nec veram, immo fallissimam esse, Regulares sui instituti observatores, nulla impellente indigentia peculiari, diebus ieiunii chokolatam potare.

CAPUT XI.

An ratione parvitas materis licitus sit potus chokolatis: quæve quantitas: chokolatis loco parvitas materis habenda sit.

OMnes unanimi assensione fatentur, chokolatam esse supæ naturæ cibum valde substantialem, & nutrientem. Plures Theologi docent, chokolatam, pluraquam pinguires carnes, substantialem esse, & corpus tantum in se habere. Factum scribo ex Tamburino Lib. IV. cap. v. §. 2. num. 10. *Semel ego virum nobilem, mihi familiaritatem coniunctum, cortem mane doliolum, cum eorum gottia quadam collaturus. Cumque primo ingressu observassem eius vultum insolenti pallere, iudicium, macilentum, cadaverique persimilem, interrogari, ut sit, de eius valetudine. Is infirme satis se habere subterme voce respondit, moque peramanter rogavit ut post mediam horam reverteter. Parvi, rui, resti. Mirum. Adverit eius factem pristino coloris vitæ, oculos hilares, vocem validam: ex morte in vitam rediisse non gratis dixisset. Quare me cohobere non potui, quominus exclamarem, Deo superis que sint gratie! Bene, immo opinio vestra, lere gattulor do minationem vestram. Undecum tam subita, & tanta viram resti? Subridens respondit amicus: Ne mirere, Pater amantissime modo*

modo enim chokolatam potionem assumpsi, qua miraculi instar colorem, vires, vitam se in instanti mihi parere conlocuit. Deus immortalis! (Tamburinus est qui exclamat) *hanc veram opinionem, non vero validam confessionem, inveni fin ex diametro oppositam, appellaverit!* Hæc peculiaris virtus nutritiva, vires reparandi, stomachum corroborandi, quam in chokolate communiter omnes admittunt, attendenda est in confutanda mensura illius parvitas. Quoniam non lola quantitas materialis, sed virtus potissimum quantitas consideranda est in cibo corpus nutriente.

II. Theologorum nemo unus negat, dari parvitatem materis in potu chokolatis, sicut & in aliis cibis. Ex quo consequitur, potionem chokolatis ob materiam parvitatem non violare ieiunium. In hoc tota vertitur difficultas, quam videlicet quantitas palis chokolatis fit intra limites parvitas materis. Plures hæc de re sunt Auctorum opiniones. Communiter enim vel ii pauci qui laxam opinionem propagant, tandem se recipiunt ad materiam parvitatem. Hinc eam parte quantitatem, vel eam potionem infra limites parvæ materis constituunt, quam reputant sufficientem congruæ matutine refectiōni. Cardinalis Cozza loco supra laudato inquit, unam unciam, vel ad summum duas uncias chokolatis esse materiam parvam. Cardinalis Brancatus in laudata dissertatione ita statuit. *Hæc vobis mihi aridet conclusio, quod scilicet chokolatis potu, vitæ unctis non excedens quantitatem, cum quinque uncis simplicis aut stillatæ aquæ, non sufficit ieiunium inierim.* P. Viva, ut vidimus, addit duas uncias aquæ, & mediam sacchari simul cum uncia chokolatis: & hæc aquæ additæ, duas uncias in diem. Leander, ut supra vidimus, nimis laxam reputavit sententiam, assentem potionem chokolaticam non frangere ieiunium. Ideo ab ea recessit, seu recessere sibi blanditus est; et mediæque opinionem excogitavit, que, ut demonstratum probavit. Nunc autem in definienda mensura parvitas materis statuit, duas uncias parvæ chokolatis esse materiam parvam. Deinde addit, quempiam posse toties quoties sibi placuerit, potare cyathos istius chokolatis liciti, in quo due uncie parvæ tantum, & aqua proportionata reperitur. Nec Hurtado, nec Brancatus, nec Cozza, chokolatis patroni, adeo laxam ieiunii legem. Leander vero, qui media via se incedere gloriatur, *Conc. Theol. Tom. V.*

laxissimam docet opinionem, que, tamquam improbabilis, reponenda est. Elcobarus in exam. Conf. tract. 111. cap. v. assignat unam unciam. Alii unam cum dimidia. Paqualigus (de quo Leander in proemio ad tractatum de ieiunio hæc habet: *Zacharia Pasqualigus per integrum Tomum ... de hoc materia doct. & late (utram non tam laxæ) agit: Pasqualigus, inquam, iste, qui per Leandrum nimis laxæ de ieiunio scripsit, docet dimidiam unciam chokolatis esse materiam gravem sufficientem ad ieiunii transgressionem. Labet istius Auctoris, qui inter laxos computatur, verba transcribere. Solim parvitas materis (inquit deicit. exlt. num. 5.) possit excusare a mortali. Sed difficultas est quantum censenda sit parva materia. Cum enim talis potio adeo nutriat, & corroborat; diversa est ratio de ipsa, ac de cæteris cibis. Antonius de Lon lox. cit. putat, dimidiam unciam chokolatis posse in potione sufficere, tamquam parvam materiam. Sed ego vim unam existimo: quia proportionaliter loquendo unctia dimidia chokolatis plus nutrit, & corroborat quam sex unctæ alterius cibi valde nutritiva. Unde, cum in hoc attendenda sit quantitas formalis, nempe virtus nutritiva, utpote quia in ieiunio præcipitur abstinentia a cibo, tamquam a nutritivo, illa habenda est pro parva materia que parvam nutrire potest. Unde puto, non posse excedere octavam partem unctæ, aut ad summum sextam partem; alioquin semper esset notabilis nutritioem. Ac sane ratio quam prodit Paqualigus ad evincendum, mediæ chokolatis unciam esse materiam gravem in die ieiunii, ut pro mea ingenuitate loquar, non mihi probatur. Difficile enim credi est, qui contra manifestam experientiam videtur, dimidiam unciam chokolatis plus nutrit, quam sex uncias alterius cibi, etiam subtilissimam, puta pinguium, optime trunquem carnium.*

III. Relatis Auctorum variis opinionibus, reliquum nunc est ut quid ipse sentio, promam. Fateor mihi aquam herere. Siquidem, quemadmodum in iis que mihi manifesta videntur, libere profero sententiam meam; sic in iis que involuta sunt, queve ad certa principia revocari nequeunt, caute, & circumspicte procedere soleo. Audi tamen qui dicturus sum. Libere pronuntio, quia evidentem demonstravi, eisdem, quos cibis solibus, parere effectus. Admitto, dari parvitatem materis. Quenam sit præcisè mensura istius parvitas, ignoro. Ad-

rum, tum ratione a me allata: cui addo, quod alias iuxta causa, vel peculiariter debilitatis, vel infirmitatis, sumit chocolaticam potionem, etiam in materia parva, peccate venialiter ieiuniorum tempore. Subdō, opinionem que alicui, unciam chocolatis, quinq; vel quatuor uncias aquę immixtam, & per coctionem compostam, licite quin posse die ieiunii, mihi non probari. Quin absolute eam reicio. Cur? Quia intimo sensu experior, me illo die quo unciam optimi chocolatis, quatuor, vel quinque aquę uncias inieci, & ad ignem revoluti, agitatis, ex qua mixtura optulit unus ex conflatis cyathis, nullam molestiam famis sentire usque ad prandium. Quapropter, si ieiunii tempore hanc sumerem potionem, nullum lane incommodum ieiunii mihi adferret: ideoque graviter dubio procul me peccatorum existimarem. Et tamen meo corporis consilio haud est valde robusta, sicut nec imbecilla; sed mediocri. Eandem ergo effectum praefata potio in aliis, ac in meo stomacho, pariet. Quid reponis? Respono ego, opinionem que sustinet sumi posse unum cyathum chocolatis, modo dicto concreti ex aqua, approbare communem usum chocolatis etiam in diebus ieiunii. Communiter enim non immiscetur aquę nisi uncia chocolatis, vel circiter, pro singulari cyathis: nec solent sobrii homines pluraquam semel in die communiter chocolatem bibere, tum quod saluti, tum quod crumenę officiat. Quare asserere, quod licitum sit sumere unciam, vel unciam cum dimidia chocolatis die ieiunii, nihil aliud est quam dicere, usum communem potioris chocolatica licitum esse etiam ieiuniorum tempore. Plus minive isthuc repta recidit hac opinio. Præterquamquod, admilla hac opinione, quidni, ut iam indicatum est, libedito communiter fidelibus unam vel duas uncias panis (nec enim est adeo substantialis ut chocolates) aquę immiscere cum saccharo, & aromaticis, ac optimam liquidam pulven sorbere, que minoris sit pretii quam chocolates. Eadem est omnium lex: eadem igitur privilegia. Quę omnia sic intelligas velim, ut indigentiam personalem excipias.

IV. Ex dictis duo colligenda subiecio, tanquam certa. Primum est, venialiter peccare eum qui, subfata rationabili causa, vel in parva quantitate chocolatem potat in die ieiunii. Secundum est, dubium grave, ut minus, esse, num una uncia chocolatis sit nec ne materia parva. Id patet tum auctoritate benigniorum Casuista-

V. Quid, si octavam, vel sextam unciam partem chocolatis quis infunderet aquę, ut Pasqualigus ait? Respondeo. Si quid pulveris chocolatis aquę ita temperate adpergat, ut aqua lapida efficiatur, utque cruditas ab

ea

ea auferatur, & stomacho attemperetur, & aliquin aqua naturam aquę, & rationem veri potus retineat, ac repta ad extinguendam sitim adhibeatur; quemadmodum aqua, cui commissetur quidquam fucci exprelli ex malo medico, & aliquid sacchari, vulgo *li-monia*, hoc modo ieiunium non frangitur. Et hic fortassis erit Indorum usus. Sed quis in Europa chocolatem sic sumit?

VI. Si quis (stomachi, vel capitis incommodo labore, fit ad aliquod onus, officium, exercendum, cui ex debito obnoxius est, viribus delitutus reperitur; chocolatem per modum medicine sumere potest; sicuti olim casturia per modum medicinę fumebantur; non in fraudem ieiunii ad expellendam famem, ut inquit D. Thomas. Qui ob alios fines chocolatem sumit, semper iniuriam ieiunio irrogat, levem, vel gravem. Et cum limites istius gravis, vel levis malitiae certi, & manifesti non sint: tu ab hac in die ieiunii portione abstine, ne in gravem labaris culpam, dum levem tantum te perpetrare autumas.

VIII. Ultimo loco perpendas velim, universalem Ecclesiam Gallicanam, tanquam putidam corruptelam, hanc improbare ieiunii tempore potionem. Scandalum ingereret grave, si quis Gallorum aut biberet, aut licitum doceret eiusmodi potum. Et nos, qui religionis centro propius iudicii sumus, talem usum propugnabimus? Quid, si Scripturarum divinarum principia in medium afferrem, ex quibus evidenti consecutione abusus ille improbari? Ab omni specie mali cavendum esse, S. Paulus docet. An non speciem mali abusus ille praestet?

S. UNICUS.

*Dilutus obsequiis ad auctoritate.
Ludovici della Fabra Physico-
Medici repetita.*

Postquam disputationi finem imposueram, manumque ex hac tabula subdixeram, ad me epistola pervenit, Italica lingua exarata: quam, ne deprehendi Auctor possit, latine sincere verto. „ P. Con-
„ sine, qui in hac sua de chocolatis potu
„ epistola testatur, se gerere historici perio-
„ nam velle circa licitum, aut illicitum eius-
„ dem usum ieiunii tempore, irruere maiori
„ impetu, ne dicam furore, in eos qui licitum
„ tum usum propugnant, haudquaquam de-
„ erat. Historiam ne texat, an bellum de-

„ quant, nemo est qui non videat. Potissimum illius hoc in certamine principium
„ eo pertinet, ut dicat, qui tamen demon-
„ strat, chocolatem vi nutrienti praeditam
„ esse, aquę adeo ieiunium frangere. Si do-
„ ctus Physico-Medice eidem e manu scu-
„ tum sicut fureret, evinceretque choco-
„ latem nutrienti facultate carere, concen-
„ tatio omnis cessaret. Heinc ille inter il-
„ los stultos numerandus merito esse qui
„ vident vana, & divinant mendaciam; ut
„ de eidem loquitur Ezechiel cap. XIII.
„ Sed ecce doctum Physico-Medicum Ludovicum della Fabra Universitatis Ferrariensis
„ Professorum primarium, Auctorem Patri-
„ conicae ignotum (cuius saltem num-
„ quam meministi) qui in illo suo opere in-
„ scripto *Dissertationes Physico-medice typis*
„ editæ ann. 1712. pag. 437, & seqq. demon-
„ strat chocolatem nutrienti virtute destitu-
„ tum esse: & en causam finitam. Et pro
„ bono pacis detorqueat praeremittamus Eze-
„ chielis obiurgationem in Patrem Concia.
„ Duo sunt officia medicinæ: unum quo san-
„ tatur infirmitas; altero quo sanitas custo-
„ ditur: inquit S. Augustinus epist. XLVIII.
„ Hos duos medicinales effectus nemo est qui
„ chocolati non adscribat. Quare quemad-
„ modum medicine, etiam si aliquantulum
„ nutriant, illicita tamen non est ieiunii tem-
„ pore eorumdem sumptio; ita neque medi-
„ cinalis chocolates licitus est eum in fi-
„ nem soboratus, ut aut sanetur infirmitas,
„ aut saltem conservetur, & custodiatur sa-
„ nitas; quamvis non esset, sicut repta est,
„ qui demonstrat, chocolatem vi nutrienti
„ haudquaquam posse.“

II. Huiusle epistolæ Auctor de vultu mihi ignotus est; sed ab amicis diu dignissimi intellexi, virum esse morum integritate, eruditione, pluribusque titulis clarum. Quamobrem stammis epistolam desinaveram, idque repta prestissem, si me dumtaxat missillum homunculum contumeliosum lesisset sensissem. Conceptum exequi consilium urgebat epistola ad amicum secreto, illaque familiaritate qua amicos intercedere solet, data. Verum, cum serio mecum animo negotium reputarem, eruditum, probumque Censorem benignioris quam patet Moralibus lege iniquatum, aliorumque quos aut voce, aut scripto aliquot, amicos infuscitem deprehendi. Mihi videtur visum hominem, doctum licet, oprimeque moratum, probabilissimum *novo opinandi modo*, quem ab evangelica simplicitate, & sanctorum Patrum doctrina alienum, & corrupte-

larum omnium fontem declaravit Alexander VII. præventum. Coniecturam meam confirmavit doctrina illa lane festiva, quam ex Auctore a me supra cap. x. num. 33. citato adopravit. Quanam hæc? Chocolates nec potus est, nec cibus. Quid ergo? Medicinæ potus. Quod commentum lane invidiosissimum, et confirmet, auctoritatem S. Augustini ex *epist. xviii.* in medium adducit. *Duo sunt officia medicæ &c.* Legi integram *epist. xviii.* olim lxxxi. Dehis oculis percurri *epist. xviii. vet. edit. nunc xciii.* ad *Vincenium* valde prolixam, & nec verbum offendi allegari testimonio medicinali. Legit fortasse illorum quibus, ut molliorem opinandi probabilitatem promovent, depravate Scripturarum sanctarum textus, detorqueant in erronea fensæ Patrum testimonia, familiaria est. Quare lectio integra Augustiniana *epistole xviii. nunc xciii.* ad *Vincenium* sponte currenti calcaria addidit, ut eisdem mihi obiecta epistolæ verbis alloquerer Censorem clarissimum. *Non omnis qui parci* (inquit ibi circa initium S. Augustinus) *amicus est, nec omnis qui verberat inimicus. Meliora sunt vulnera amici quam voluntaria oscula inimici. Melius est cum severitate diligere quam lenitate decipere. Utillus est vicini panis tollitur, si de cibo securus iugium negligebat, quam est vicini panis frangitur, ut iniustus seductus acquiescat.* Legendam epistolam citatam suadeo erudito Censori.

III. Ex epistole isto, quantum probabili asequi coniectura valeo, eruditus Censor mihi adversarium laxa opinandi ratione præoccupatus, propriam quoque eorumdem scribendi formam imitatus est. Excandescere illi solent, & supercilia contrahere, dum suaxæ & nimium blandientis doctrinæ paradoxo natis coloribus representant, & deridenda propinari vident. Et cum pugrare ratione nequeant, maledicta contorquent. Hanc eandem insidit viam Censor noster. Quid? An ille modestissimus, & ad humanitatem compositus, me furore abreptum, & insaniam debacchantem traduxisset, nisi eorumdem probabilissimo ulcere tactus, & scribendi formulæ præventus fuisset?

IV. In aliquo similiter Probabilissimum libello sicuti testimonium S. Augustini, ita testimonium sanctissimi Prophetæ Ezechielis ab illo lectum esse sentire nos convenit. Si enim in suo fonte integrum illud *caput xlii.* proprio mentis acumine expendissem, certior factus fuisset mihi etiam

erranti quadrare hand posse severissimum in crepationem a Deo latam in Pleudoprophetas, qui non severa, & amara pocula, sed dulcia forbilla propinavit, & molles pulvillos populi cervicibus supponunt. Audiat eruditus Censor quid post obiecta verba, *vident vana, & divinant mædactum.* Prophetæ Ezechiel continuo ibidem adiciat. *Ve qui consuunt pulvillos sub capite suo manus, & faciunt cervicalia sub capite universo carnis ad capiendas animas. . . Et violabant me ad populum meum (N. B.) propter pugillum bordes, & fragmen panis & cyathum chocolatis cum crullulo, et interficerent animas que non moriuntur, & vivificarent animas que non vivunt.* Quam later, in me *Rigorissimam*, ut adversari contendant, etiam errantem detorqueri Ezechielis verba non posse?

V. Que hæctenus dicta sunt, inde magno opere confirmantur, quod dignissimus Censor non provocator non lascivus tam levis ferula me exceperit. Postquam cum neque ab indole, neque a consuetudine ad similem scribendi rationem inclinaret, consequitur hic acerbitatis & aerimonie adductum esse enimio, & impotenti erga laxissimum ætatis nostræ opinandi modum affectu. Ictu Christi caritas urget, ut errantem Censorem, & alios fratres in errorem pertrahentem illuminare pro modulo nostro latagamus. Oculum iam est, opinionem que licitum chocolatis potum ieiunii tempore absolute defendit, nulla solida probabilitate nititur. Verum opponit ille Medici certissimam auctoritatem, que nisi commenticia offendorum, in potato errore perfleret. En paucis expostam nostræ brevissima responsionis causam. Non ergo, ut inordinentem remordeam, non ut vellicentem vellicem, & Plautino sale desericem, sed ut probatissimum virum probabilissimo fermento, & hodiernæ benignitatis pelle infectum, alicoque inficere conantem, in veritatis semitam reducam, calamm fringo. Celeberrimus igitur ille Physico Medicus, ad cuius tribunal causam appellat, in medium prodeat.

VI. Is est Ludovicus della FABRA primarius in Univeritate Ferrariensi artis medicæ Professor, qui in suis *dissertationibus physico-medicis pag. 433.* chocolatis naturam, & partes quibus consistat, describit eo stilo quem ex subiectis testimoniis colligere lectior potest. Questionem theologici veritate sibi minime vitio vertit artis medicinæ tantummodo cultor. Quoties ergo confuturæ pro dignitate soleo quorundam Casuistarum

cras-

crassissimas aberrationes, illorum opinionibus propriis ipsorum verbis conceptas in medium affero, ut lectores horrorem concipiant. Hanc in præfens sermo methodum. Itaque Ludovicus ipse della FABRA pag. 433. hanc ita dicit questionem. „ Num autem casu nutriti, ac impingandi sit facultas, ut ab OMNIBUS ita admitta fuit, ut dubium moveret, an eius confessio ieiunium frangeret ecclesiasticum, uti in voto fuit Caldera . . . Nunc negatur patet. „ Nam eo tempore, ab hypotheli Calderæ commotus Cardinalis Brancatius leite probavit chocolatum . . . nequaquam frangeret ieiunium. „

VII. Turpiter in sola facti narratione FABRA erat. Cardinalis Brancatius unam chocolatis unciam ieiunii die sumendam tandem permittit ob materiam parvitatem. *Omnes* (te ille hoc Ludovicus FABRA) inesse cacao virtutum nutriti affert. At, inquit, *nunc negatur patet.* Ecce nam patet? Nemini profecto illorum qui cerebrum fatuum, communique sensu præditum habent, vi in universa Europa doctus occurrit Medicus, qui tam immane paradoxon propugnare audeat. Eruditores universæ Italiae Medicos allocutus ego sum, omneque unum ore testati sunt, neminem nisi aut fatuum, aut bono sensu destitutum negare chocolati posse nutriti facultatem.

VIII. Sed iterum loquatur Ludovicus FABRA. Hæc ergo sibi opponit pag. 456. „ Nihil quoque plenè faciunt tot monumentis tradita exemplaria de emaciatis, consumptis, ac gracilibus chocolata cum emutatis, & pinguis factis, neque quod tot fatuissimi viri, de qua scripserit, eam ut pote oleam emutire fateantur, & quod quique experiri valeat abique alio victu, ut dictum, sola chocolatae portione ter, quaterque in die assumpta facilius robustique trahere diem, cum experimento quoque constet solo tabaci fumo abique alia cibatione quosdam vixisse, & fortasse vivere ad labores. „

IX. Tabaci fumo illius Medici scilicet obnubilatum, extenuatumque fuisse dicamus fas est, dum talis scriberet. Tabaci fumus ad labores stomachum roborat, confirmatque? Ineptum iple, si hæc resellerem commenta. Tam crasse imaginationis conceitit continuum nostrum Physico-Medicum, qui *seq. pag. 457. num. 85.* hæc subdit. *Nequaquam tamen negandum, quod hæc confessio ad corporis nutritionem SUMMOPERE non confert, non prout ipsa sit, vel includat nutriti-*

Cont. Theol. Tom. V.

um succum, sed quatenus balsamico suo tenui, blandaque oleagine veniens fermento, ut dictum, esurientia ab exoticis expurgat. Exotica lane oratione declaravit Physico-Medicus rationem, cur chocolates nutritiuncula non exotica, sed familiarissima munio obtenta leuculentis suam munia opinionem his verbis. *Que de re, chocolata ad nutriendas partes, non ut PER SE fit, vel includat nutrimentum, sed quatenus CONCURRIT DISPOSITIVÈ.* Perregerit. Hæc sunt consæte distinctiones, quibus nonnulli Casuiste hodierni divinarum Scripturarum, & sanctorum Patrum doctrinam corrumpunt. Validius labefactare vanissimum, & communis sensui repugnantem opinunculam non poteram, quam commenta, quibus illam defendere studet Ludovicus della FABRA, retrechidendo. En quam verum proverbium fit: *Nihil tam insandum quod aliquis non effusius Philosophasset.* Huius Physico-Medici vanissima sententia representantur, ut eruditum, probumque Censorem monerem, ne fidem indiscriminatim adhibeat live Medicis, live Theologis omnibus nostri temporis, nisi severa critice, maturaque examine præceat. *Fideli, nolite omni Spiritui credere, sed probate Spiritus, si ex Deo sint. Quoniam multi Pseudoprophetae exierunt in mundum.* Epil. 1. Ioan. cap. iv.

CAPUT XII.

De qualitate unice comestione, necessitate ad ieiunium: & quomodo plures comestiones ieiunii integritati adversentur.

I. UNICAM comestione ad ieiunium necessariam esse, iam supra demonstratum est. Qualitas nunc illius unice comestionis huius examini inducitur. Quoniam, ut quis intentioni sanctæ matris Ecclesiæ, ieiunium præcipiens, responderet, non satis est semel in diem comedere; sed insuper opus est ut hæc unice comestio apta fit ad concupiscentiam cohibendam, passionefque subigendas. Ut difficultates que agitari solent, clarius resolvantur, sequentia quædam propono.

II. Quæst. I. An illi qui die ieiunii semel comedentes, ita ventrem implent, & exquisitis condimentis palatum vellicant, totam selectis assillis gulam demulcent, ut nullam ieiunii afflictionem sentiant, sed concupiscentiam potius iritent, satisfaciunt ieiunii præcepto? Resp. Adversus hunc non paucorum